EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 S
22
13_23.A.9

MEMORIALE
CLERICORVM:

In quo de ijs quæ à Clericis ſciri debent, de Suſpenſionibus, & Excommunicationibus agitur.

IVSSV S. D. N.

GREGORII XV.

PONT. MAX.

TVNC S. R. E. CARDINALIS & Archiepiſcopi Bononienſi editum.

NVNC DE EIVSDEM SANCTISSIMI Licentia denuo impreſſum.

CVI ACCESSERVNT

S. CAROLI BORROMÆI

Monitiones.

A Vincentio Politio Sacerdote Romano Alcamenſe, V. I. D.

... a Collectæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SS. IO. & PA. DE URB

ROMÆ, Apud hæredẽ Bartholomæi Zannetti. 1622.

Superiorum Permiſſu.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P.Mag. Sacri Palatij Apoſt.

P. Epiſc. de Curte Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Donatus Romanus Magiſter, Reuerendiſs. P. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apoſt. Magiſt. Socius, Ord. Pred.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

LVDOVICO CARDINALI LVDOVISIO

S. R. E. CAMERARIO, AC BONONIENSI ARCHIEPISCOPO.

IVRE optimo (Card. Ampliſſime) hunc Clericis perutilem, ac valde neceſſarium libellum iuſſu Sanctiſſimi D. N. Papæ Greg. XV. tunc S. R. E. Cardinali, & Archiepiſ. Bononienſis, zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ pro Diœceſi Bononien. editum,

nunc ad communem vtilitatem iterum impreſſum Illuſtriſſimæ Amplitudinis tuæ dicandum putaui; tum quia eiuſdem Sanctiſſ. Nepos Digniſſimus ad Cardinalitiam, & Archiepiſcopalem dignitates, quas ille virtutum præſidio obtinuit, cum Excellentiſſimæ, ac Celeberrimæ Ludouiſiæ familiæ decore, meritò prouectus, ad ſummum quoque dignitatis culmen, ad quod ille Sanctiſſimus omniũ conſenſu feliciſſimè peruenit, gradatim etiam te aſcenſurum opto, & ſpero. Huic præterea opuſculo S. Caroli Borromæi monitiones, & re-

gulas adieci, vt ſicut ſanctiſſ. ille Card. ſumma ſolicitudine ſuis Clericis, & vniuerſo orbi ob oculos eas propoſuit; ita & Illuſtriſſimæ Amplitudinis tuæ vigilantia totus iſte libellus ab omnibus Clericis legeretur, ac tanti nominis ſplendore decoratus, veluti Aiacis Clypeo munitus, nullius inuidi iacula perhorreſceret. Tum denique, vt hoc exiguum munus argumentũ eſſet maximæ beneuolentiæ ac obſeruantiæ meæ erga Illuſtriſſimam Amplitudinem tuam, quam D. O. M. perpetuò dirigere, & diu incolumem ſeruare dignetur. Ro-

mæ ex Eccleſia S. Caroli, Anno reparatæ ſalutis 1621. 15. Octobris.

Illuſtriſs. Amplit. Tuæ

Obſeruantiſs.

Vincentius Politius.

SVM-

SVMMA
OMNIVM SCIENDORVM A CLERICIS.

SCire debent Clerici non ſolum legere, ſcribere, & linguam latinam; ſed etiam quatuor alia.

1 Doctrinam Chriſtianam.

2 Ordinum Materiam, Formam, Officium, Miniſtrum, Inſtitutorem, Ritus, & Definitionem, ſeu Deſcriptionem aliquam.

3 Impedimenta, quæ impediunt, ne quis poſſit Ordines ſuſcipere, & in iam ſuſceptis miniſtrare.

4 Præcepta, quæ à Clericis ſunt ſeruāda.

Priora duo ex Catechiſmo præſertim Romano diſcenda ſunt: Duo autem poſteriora hic indicabimus, quia à multis ignorantur.

Cap. I. De Impedimentis Ordinum.

IMpedimenta quædam impediunt, & dirimunt ordinationem; quædam verò ſolum impediunt. Impedimenta dirimentia habent ſolum tres perſonæ, videlicet.

1 Fœmina,

2 Non baptizatus,

3 Coactus, ſi ſit animo prorſus inuito.

Horum aliquis ſi ordinetur, & peccat mortaliter, & ordinatio eſt nulla.

Impedimenta non dirimentia, ſed ſolum impedientia ſunt multa, ſed ad tria reuocantúr, videlicet.

1 Peccatum mortale.

2 Cenſuram.

3 Irregularitatem.

Si quis ordinetur habens aliquod ex his impedimentis, Ordo quidem tenet, ſed peccat mortaliter: atque idem fere dicendum eſt, ſi miniſtret in Ordinibus ſuſceptis, vt patebit ex dicendis.

Cap. II. De Cenſura impediente Ordines.

CEnſura eſt pœna quædam ſpiritualis, & eſt triplex, videlicet.

1 Excommunicatio,
2 Suſpenſio,
3 Interdictum.

Excommunicatio eſt Cenſura priuans baptizatum bonis communibus Eccleſiæ omnibus, vel aliquibus; & eſt duplex, v3.

1 Maior.
2 Minor.

Excommunicatio maior priuat omnibus dictis bonis.

Excommunicatio minor priuat tantum aliquibus, ideſt, participatione paſſiua, Sacramentorum, & electione paſſiua.

Hinc conſtat Excommunicationem, omnem tam maiorem, quam minorem impedire ſuſceptionem Ordinum quorumcumque etiam minorum; ſuſceptionem verò primæ tonſuræ impedit Excommunicatio maior, non tamen Excommunicatio minor. Similiter Excommunicatio maior impedit adminiſtrationem in Ordinibus iam ſuſceptis, non item Excommunicatio minor, vt fuſius declarant DD.

Caſus, in quibus incurritur Excommunica-

nicatio minor, multi non ſunt, ſed tantũ vnus: Cum videlicet qui communicat in Diuinis, vel Humanis cum excommunicato excommunicatione maiori denunciato, vel publico Clerici percuſſore. Caſus vero, in quibus contrahitur excommunicatio maior, habentur in Catalogo Excommunicationum, in Bulla Cœnæ, & in Edictis Epiſcoporum.

Suſpenſio, quæ eſt alia Cenſura, & incurritur ſolum à Clericis, impedit Ordinum ſuſceptionem, & adminiſtrationem non ſemper, ſed ſolum quando eſt ſuſpenſio ab Ordine. nam Suſpenſio, vt eſt vulgatum dictum, non egreditur ſuos limites. quare quando eſt ſuſpenſio à beneficio, vel à Iurisdictione, ſeu ab officio Iurisdictionis, non extenditur ad Ordines, ſicut nec contra. Quando tamen eſt ſuſpenſio totalis, vel Suſpenſio ab omni officio tam Iurisdictionis, quam Ordinis, vel Suſpenſio à Diuinis (vt ſunt multæ Suſpenſiones in hac Diœceſi Bononienſi) tunc impedit, & ſuſceptionem, & adminiſtrationem omnem Ordinum: multo magis id præſtat, Depoſitio, & Degradatio, quæ ad Suſpenſionem reducuntur. Definitur autem Suſpenſio ſic. Eſt Cenſura priuans Clericum Eccleſiaſtici Beneficij, vel officij vſu aliquo, vel omni ad tempus, non in perpetuum. ſi enim priuaret

uaret omni dicto vſu in perpetuum, eſſet Depoſitio, vel Degradatio. Hi vero caſus habentur in Catalogo Suſpenſionum.

Interdictum denique, quod eſt tertia, & vltima cenſura, magis impedit Ordinẽ, quam aliæ duæ cenſuræ. Nam omne Interdictum tam locale, quam perſonale, impedit, & ſuſceptionem, & adminiſtrationem Ordinum omnium. Interdictum enim definitur ſic, Eſt cenſura Sacramẽtorum vſum, diuina officia, & ſepulturã Eccleſiaſticam ſecundum ſe ipſa prohibens. Inter Sacramenta verò prohibita ab Interdicto quouis, eſt Ordo, & quo ad ſuſceptionem, & quoad adminiſtrationem. Duplex autem eſt Interdictum. Vnum locale, alterũ perſonale, & vtrũq; vel eſt generale, vel eſt ſpeciale. Interdictum locale generale eſt, cum interdicitur tota Prouincia, vel totum Regnum vel tota Ciuitas, vel totum Caſtellum: & tunc nemo ibi ordinari, vel Ordines miniſtrare poteſt. Interdictum vero locale ſpeciale eſt, cum interdicitur tantum vna vel plures Eccleſiæ vnius loci, non omnes. & nomine Eccleſiæ hic intelliguntur etiam capellæ priuatæ, & cœmeteria. Interdictum perſonale generale eſt, cum omnes habitatores loci alicuius interdicuntur. Perſonale verò ſpeciale eſt, cum aliqui, vel vna tantũ perſona interdicitur.

Caſus, in quibus de iure communi incurrit ur Interdictum latæ ſententiæ, ſunt vnus, & viginti.

Primus eſt, cum Dominus Temporalis alicuius loci præſumit impedire Legatum vel Nuncium Apoſtolicum, ne exequi poſſit officium ſuum. Habetur in Extrauag. ſuper gentes, de conſuetudine. & eſt Interdictum locale generale.

2 Cum Dominus Temporalis Epiſcopũ aliquem percutit, capit, bannit. vel hæc mandat, conſulit, rata habet. Habetur in Clementina 1. de pœnis §. Terra quoq; ipſius. Eſt Interdictum locale generale.

3 Cum Dominus Temporalis, ſeu Rector, vel Officiales Terræ, in qua moritur Papa, non ſeruant, quæ præſcribuntur in c. vbi periculum de elect. in 6. eſt Interdictum locale generale.

4 Cum Epiſcopus, vel Clerus ſuſtinuerit per menſem Cenſuram, quam incurrũt concedentes domos vſurarijs alienigenis, vt habetur in c. 1. de vſuris in 6. eſt Interdictum locale generale.

5 Cum populus, ſeu Ciuitas exigit gabellas ab Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis pro ipſis, vel pro rebus, quas non cauſa negotiationis differunt. Habetur in c. Quamquam de cenſibus in 6. eſt interdictum locale generale.

6 Cum iniurioſè, vel temerè alicubi Epi-

Epiſcopus captus detinetur. Habetur in Clementina 1. de pœnis. Eſt Interdictū locale generale.

7 Cum Ciuitas alia ab Vrbe conſenſerit occiſioni, vel percuſſioni Cardinalis, modis expreſſis in c. Felicis, de pœnis in 6. eſt Interdictum locale generale.

8 Cum perſonæ Eccleſiaſticæ inducunt aliquem ad promittendum de ſepultura eligenda, vel electa non mutanda in eorum Eccleſia, vel cœmeterijs. Habetur in Clement. cupientes, de pœnis. Eſt Interdictum locale ſpeciale.

9 Cum Hæreticus ſcienter traditur ſepulturæ Eccleſiaſticæ. Habetur in c. quicumque de hæreticis in 6. Eſt Interdictū locale ſpeciale. ex Sayro, lib. 5. c. 12. nu. 10. vel aliud pœnæ genus, ex Suar. d. 37. 5. p. in fine.

10 Caſus eſt eorum, ſeu illius, qui cauſam dederunt Interdicto locali generali, vel ſpeciali, colligitur ex c. Si ſententia, de ſententia excommunicationis in 6. & eſt interdictum perſonale generale, vel ſpeciale.

11 Eſt Communitatis, quæ ad futurum Concilium appellat à mandatis Summi Pontificis. Habetur in Bulla Cœnæ §. 2. Et eſt interdictum perſonale generale.

12 Eſt Communitatis aggrauantis res, vel perſonas Eccleſiaſticas. Habetur in c. Cle-

c. Clericis de Immunitate Eccleſiarum in 6. & innouatur in Bulla Cœnæ §. 18. vt ibidem notat Toletus. & eſt interdictum perſonale generale.

13 Eſt communitatis concedentis repreſalias, ſeu pignorationes contra perſonas Eccleſiaſticas, vel earum bona. Habetur in cap. vnico de iniurijs in 6. & eſt interdictum perſonale generale.

14 Eſt Capituli, quod ſede vacante intra annum concedit alicui Dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos, excepto caſu, quo quis ratione beneficij accepti, vel accipiendi teneatur ordinari. Habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. & eſt interdictum perſonale generale.

15 Eſt Capituli, quod aliquid abſtulit contra Extrauagantem vnicam. Ne ſede vacante, &c. donec ablatum reſtituerit: eſt interdictum perſonale generale.

16 Caſus eſt Iudicis, qui ſententiam Excommunicationis, aut alterius Cenſuræ protulit non ſeruatis, quæ habentur in c. 1. de ſententia Excommunicationis in 6. vel excommunicauit non præmiſſa admonitione iuxta cap. Sacro de ſententia excom. eſt interdictum perſonale ſpeciale ab ingreſſu Eccleſiæ, ſicut & ſequentia quinque interdicta.

17 Eſt eius, qui de manu laici accipit Epiſcopatum, Abbatiam, vel aliam digni-

tatem

tatem. Habetur in cap. Si quis deinceps 16. q. 7.

18 Eſt Epiſcopi, vel eius ſuperioris accipientis aliquid ex Dignitatibus, vel Eccleſijs vacantibus. Habetur in c. præſenti de offic. ord. in 6.

19 Eſt Epiſcopi, & Abbatis bona Eccleſiæ non legitime alienantis. Habetur in Extrau. vnica de reb. eccl. non alien.

20 Eſt Epiſcopi, & eius Superioris viſitantis, qui accipit in viſitatione vltra id quod ei conceditur in Extrauag. vnica de Cenſibus.

21 Eſt Eccleſiaſticorum exemptorum, qui violant Interdictum ab homine, vel à iure latum. c. Epiſcoporum de priuil. in 6 Hæc ſunt interdicta iuris communis corpori inſerta.

Aduertendum autem eſt, perſonam quidem Interdicto perſonali generali, vel ſpeciali ligatam etiam occultam, ſi ingerat ſe ſacris ſibi interdictis, ſemper peccare: alias tamen perſonas, quæ videlicet nullo interdicto perſonali innodantur, non teneri ſeruare Interdictum vllum, niſi fuerit nominatim denunciatum contra certum locum, vel certam perſonam, vt patet ex Decreto Concilij Conſtantienſis, ſeu Martini V. de quo S. Anton. 3. p. tit. 26. c. 3. & hæc de Cenſura.

Cap. III. De Irregularitate.

IRregularitas eſt inhabilitas Suſcipiendi Ordines, & in ſuſceptis miniſtrandi, niſi diſpenſetur : & eſt duplex . vna dicitur ex defectu , altera dicitur ex delicto .

Irregularitas ex defectu incurritur propter nouem defectus , vt diligenter notauit Tol. lib. 1. & ſunt

1 Defectus natalium . Hinc illegitimi ſunt irregulares .

2 Defectus originis. Hinc ſerui ſunt irregulares .

3 Defectus liberationis à curia,vel à ratiocinijs . Hinc ſunt irregulares tum obligati perpetuo ad curiam ſæcularem, tũ etiam ad eam obligati ad tempus; (hi tamen finito tempore poſſunt ordinari, niſi ſint aliunde irregulares , puta quia infames, vt ſatellites , vel homicidæ, aut mutilatores , vt ſunt ſæpe iudices , & milites) tum denique Tutores , Curatores , negotiorum Geſtores , & alij habentes adminiſtrationes publicas, vel priuatas , ob quas rationem reddere tenentur ; & quidem ſi habeant adminiſtrationem tantum priuatam , depoſita adminiſtratione etiam ante redditam rationem poſſunt ordinari . Si vero habeant adminiſtratio-

nem

nem publicam, niſi poſt depoſitam administrationem, & redditam rationem ordinantur.

4 Defectus ætatis. Hinc infantes, qui videlicet ſeptennium non expleuerunt, ad nullum Ordinem, immo nec ad primam tonſuram admittuntur. Ad Acolytatum vero requiruntur duodecim anni completi. Ad Subdiaconatum requiritur annus 22. inchoatus. Ad Diaconatum 23. inchoatus. Ad Presbyteratum 25. inchoatus.

5 Defectus bonæ famæ: Hinc infames de iure, vel de facto ſunt irregulares.

5 Defectus corporis. Hinc inhabiles ad bene miniſtrandum, vel notabiliter deformes ſunt irregulares.

7 Defectus animæ. Hinc illiterati, & neophiti, & inſanientes etiam ſolum ad tempus ſunt irregulares.

8 Defectus Sacramenti. Hinc Bigami ſunt irregulares.

9 Defectus perfectæ lenitatis. Hinc Iudices ſententiam mortis, vel mutilationis ferentes, & omnes, qui his cooperantur ſecuto effectu, ſunt irregulares.

Habentes aliquem ex his nouem defectibus etiam ſine vlla ſua culpa, ſunt irregulares; quare, niſi ſint diſpenſati peccant mortaliter, cum ordinem aliquem ſuſcipiunt, vel Ordinis actum faciunt,

quem

quem laici facere non poſſunt.

Irregularitas ex delicto incurritur ob quinque delicta, quæ ſunt.

1 Delictum homicidij, vel mutilationis.

2 Delictum circa Baptiſmum, cum videlicet quis rebaptizat, vel adultus rebaptizatur, aut ſuſcipit baptiſmum ab hæretico, vel conſtitutus in infirmitate.

3 Delictum in ſuſceptione Ordinum, quando videlicet quis ſuſcipit Ordines cenſuris ſupradictis ligatus; vel ab Epiſcopo, cui prohibetur Ordines conferre: vel certe eod. die ſuſcipit duos Ord. ſacros, aut minores cum Subdiaconatu.

4 Delictum in vſu Ordinum, quando nimirum quis facit actum Ordinis maioris, quem non habet: vel habet quidem, ſed eſt ligatus Cenſura: vel denique facit ſacra prohibita in loco interdicto.

5 Delictum quoduis enorme, quando eſt notorium.

Addunt aliqui alia omnia delicta enormia quantumuis occulta, vel ſaltem hæreſim occultam, & delictum in ſcientia quadam diſcenda, vel docenda. Sed de prædictis tantum quinque delictis videtur eſſe textus expreſſus: vbi autem non eſt textus expreſſus, non eſt aſſerenda Irregularitas c. is qui. de ſententia Excommunicationis in in 6. Quare hæc ſatis de Irregularitate.

Cap. IV. De Præceptis ſeruandis à Clericis.

PRæter præcepta Dei, & Eccleſiæ, quæ quæ omnes fideles obligant, Clerici ſicut habent multa priuilegia, ita etiam multa alia ſeruare tenentur, omnia videlicet, quæ ipſis à ſuis Epiſcopis, vel à ſacris Canonibus iubentur; & ad quinque claſſes poſſunt reuocari.

Quædam enim præcipiuntur ſub poena Excommunicationis latæ ſententiæ.

Quædam ſub poena Suſpenſionis latæ ſententiæ,

Quædam ſub pœna Interdicti latæ ſententiæ.

Quædam ſub pœna Irregularitatis, &

Quædam ſine huiuſmodi pœnis, & hæc modo tantum ponemus.

Quæ enim præcipiuntur Clericis ſub dictis quatuor pœnis, habentur partim ex dictis, & partim ex Catalogis Excommunicationum, & Suſpenſionum.

Quæ vero ſine huiuſmodi pœnis præcipiuntur, ad decem capita reducuntur, quæ poſſunt dici Clericorum Decalogus

Primum Caput eſt, vt ſtudioſè, & deuotè recitent Horas canonicas, ſi ſint beneficiati, vel in ſacris, c. Dolentes de celebr. miſſar. alias peccant mortaliter, & tenentur reſtituere fructus beneficij pro rata. Pius V. in Bul. quæ inc. ex proxime.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

2 Vt deferãt habitum, & tonſuram clericalem, ſi ſint beneficiati, vel in ſacris; Sixtus V. in Bulla Cœnæ ſacroſancta: alias peccant mortaliter; alij vero Clerici amittunt priuilegium fori. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.

3 Vt ſeruent ex voto caſtitatem, ſi ſint in ſacris. c. vnico de voto in 6.

4 Vt mercaturam non exerceant, c. Secundum, inſtit. ne Clerici, vel Mon. nec artem ſordidam, Clem. 2. de vita & hon. cler. nec officia vlla ſecularia, c. Clerici officia eod. tit. nec conducant poſſeſſiones, c. Peruenit, d. 86. nec ſæcularibus procurationibus ſe immiſceant, ibidem. & non ſolum non dictent, vel proferant ſententiam ſanguinis; ſed neque vbi ſanguinis vindicta exercetur, interſint. cap. penult. ne cler. vel mon.

5 Vt priuilegijs ſuis non renuncient, non enim poſſunt eis renunciare, cum ſint in fauorem ſtatus Clericalis, & non ſingularis alicuius perſonæ. Quare in manibus laici iurare non poſſunt, c. pen. 22. q. 5. nec ſe ſubijcere Iudici laico, niſi cùm priuilegium fori amiſerunt, c. Cum non ab homine, de Iud. vel ab Epiſcopo licentiam habuerint, vt habere poſſunt non in criminalibus, ſed in ciuilibus, c. 2. de foro compet. in quibus etiam ſolis ius ipſum cõcedit reconuentionem. c. 1. 3. q. 8

6 Ne

6 Ne aleæ deſeruiant: cap.1. d.35. imo nec ludant ad aleas: c.Clerici officia, de vita, & hon. cler. nec huiuſmodi ludis interſint: ibid. ſimiliter Mimis, Ioculatoribu, & Hiſtrionibus non interſint: ibid. & Tabernas omnino euitent, niſi neceſſitatis cauſa cum ſunt in itinere conſtituti: ibid. & abſtineant etiam à choreis: Conc. Trid.ſeſſ.24. c.12.

Ne arma ferant: c.2.de vi.& hon.cler. nec anulum niſi ratione dignitatis: c.Cle. officia eod. tit. nec comam laxent: c. 4. eod. nec barbam nutriant ſaltem in labio ſuperiore, c.Cleric.neque, eod. nam quo ad mentum hanc legem de barba non nutrienda contraria conſuetudine abrogatam eſſe dicit Nau. c.25.nu.110.

8 Abſtineant à clamoſis venationibus, & aucupijs c.1. & 2.de cler. venat. non cohabitent cum mulieribus, excepta matre, amita, & ſorore; imo neque cũ his, ſi ſint ſuſpectæ, cap.1. de cohab. cleric. & mulier. & ca. clericus d. 81. præterea cum muliere ſuſpecta nec fabulari nec aliquo modo verſari debent. c. 2.eod.tit.

9 Debent Clerici benedicere menſam in principio, & in fine gratias agere cap. Non liceat d. 44. quod ſi ſint Sacerdotes cum Euchariſtiam ſumunt, etiam in ægritudine ſtolam circa collum habere debẽt ſignum crucis in pectore præferentem.

c. Ec-

c. Eccleſiaſtica, d. 73. & Rituale nouũ de ſacr. Euchar. id tamen non videtur vſu vbique receptum quo ad ſignum crucis. Debent etiã ſeruare Rubr. in Sacro, in Horis canon. & cæteris functionibus ſacris:

10 Non alienẽt patrimonium, ad cuius titulum ſunt ordinati, ſine licentia Epiſcopi: C. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. non pugnent etiam in bello iuſto; c. Petitio de hom. non audiant Leges, vel Medicinam: c. vlt. ne cler. vel mon. non incumbant publice ſtudio Philoſophiæ, aut poëſis vltra quinquennium iuxta Decretum Concilij Lateranen. ſub Leone X. nec ſint fideiuſſores pro laico: c. Te quidem 11. q. 1. ſed in officijs Eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs diligenter ſe exerceant; c. Clerici officia, de vita, & hon. cler. quod omnibus Clericis, ſed præcipue beneficiatis præſtandum eſt, ne incidant in beneficiorum nundinationem, vel pluralitatem prohibitam, vel redditũum Eccleſiaſticorum malam conſumptionem, cupiditatemve: ſciantque non ſolum ſupradicta, ſed etiã alia, quæ quiſque beneficiatus ratione ſui beneficij ſcire tenetur; ſicut etiam Sacerdotes Confeſſarij non ſolum prædicta ſcire debent, ſed etiam alia, quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ ritè adminiſtrandũ ſcitu ſunt neceſſaria: ne ſi cœcus cœco ducatũ præſtet, ambo in foueã cadant.

CA-

CATALOGVS
Excommunicationum,

Quæ extra Bullam Cœnæ Domini ſunt reſeruatæ Papæ, vel Epiſcopo, vel nemini;

AD LECTOREM

PRæclare Sanctus Ciprianus; habere, inquit, non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit euadere quiſquam, qui extra arcam Noe fuit; & qui extra Eccleſiam foris fuerit, euadit. hæc ille in lib. de Vnitate Eccleſiæ. Cum ergo extra Eccleſiam fiat aliquis non ſolum per infidelitatem, ſed etiam per excommunicationem, hinc ſatis intelligitur quanti momenti ſit, non ſolum Parochos, & alios Confeſſarios; ſed etiam fideles omnes ſcire excommunicationes, vt eas vitare poſſint, & intra Eccleſiæ gremium remanere. Multo tamen magis neceſſária eſt hæc ſcientia Confeſſarijs; quia, ſi ab excommunica-

tione reſeruata, à qua videlicet abſoluere non poſſunt, abſoluant; incidunt ipſi in excom. vt dicitur infra cap. quinto, excom. prima; ſi verò abſoluant ab excom. à qua abſoluere poſſunt, tenentur præſtare quædam, de quibus in ſequenti annotatione; at quomodo ea præſtabunt ſi excommunicationes ignorent? Hinc multi Doctores has cenſuras in corpore Iuris Canonici, & in alijs multis Eccleſiæ Conſtitutionibus diſperſas in vnum colligere ſtuduerunt, vt Sanctus Antoninus 3.par. tit. 24. Summa Aſtenſis lib. 7. Roſella; Angelus, Sylueſter, Tabiena, Gaietanus, Armilla, V. excommunicatio. Nauarr.cap.27. à num. 25. Toletus lib.1.cap.19. vſque ad cap.42.(in vltima editione Romana, quam in citando Toleto ſemper ſequemur (Suarez. à diſput. 21. vſque ad 24. (intellige ſemper tomi quinti in tertiam partem Diui Tho.) Iacobus de Graffis lib.4.à cap.18.vſque ad 25. Sayrus lib. 2. & 3. (intellige ſemper primi theſauri, &c.) & alij. Hunc tamen Catalogum, in quo excommunicationes maiores latæ ſententiæ à Iure, quæ extra Bullam Cœnæ habentur, collectæ ſunt, edere nunc fuit operæ pretium, non ſolum, vt ſcientia tanti momenti ad manum facilius haberetur, cum præſertim multis libris dictorum Doctorum careant;

reant : ſed etiam quia nũc aliquæ illarum excommunicationum, quas dicti Doctores collegerunt, ſublatæ ſunt, vel aliæ additæ, & aliæ mutatæ, vt ex cap. 9. & eius annotatione præcipuæ intelligetur. Adde neminem hactenus has omnes excommunicationes ad certa capita renocaſſe. antiquiores enim auctores nullum ferè ſequuntur ordinem. Recentiores verò præmiſſis excõmunicationibus Bullæ Coenæ ſequuntur ferè ordinem librorum Iuris canonici, qui parum, vel nihil iuuat ad excommunicationes vllius generis facilè inueniendas, & memoriæ commendandas. Hinc præſens Catalogus in decem cap. ita diſtinctus eſt, vt ſingula capita certum excommunicationum genus contineant. Primum enim caput eſt de excommunicationibus latis cõtra Prælatos. Secundum contra Clericos. Tertium contra Religioſos, &c. Vt nimirum poſſit quilibet ſtatim excommunicationes, quæ ad ſuum ſtatũ, vel cuiuſuis alterius ſpectant, reperire, inſpicere, ac memoriæ commendare. Et quamuis huic quoque Catalogo (quæ eſt humani ingenij imbecillitas) deerunt fortaſſe aliquæ excommunicationes, etiam ex ijs, quæ nec Iure vllo, nec vſu abrogatæ ſunt; affirmari tamen poſſe videtur illum conſcientiæ ſuæ facturum eſſe ſatis

qui excommunicationes, quæ in hoc Catalogo continentur, & illas, quæ poſt tempus, quo hic Catalogus editus eſt, latæ erunt, non ignorauerit, ſed benè intellexerit, & memoria retinere frequenti lectione, & ſtudio non neglexerit. Sicut contra certum eſt, non ſatisfacere conſcientiæ, & muneri ſuo Confeſſarium illum, qui audet ſe exponere Confeſſiobus audiendis, cum vix, aut ne vix quidem legerit illum excommunicationum Catalogum, certum id, inquam, eſt non ſolum de Parochis, & ſecularibus Confeſſarijs, qui nulla habent priuilegia; ſed etiam de Religioſis illis, qui multis muniti ſunt priuilegijs. omnes enim ſcire debent excommunicationes, etiam illas, quibus abſoluere poſſunt, vt ſupra indicauimus, & magis patebit ex ſequenti Annotatione.

ANNO-

ANNOTATIO

In omnia, quæ ſequuntur Capita excommunicationum.

Licet in articulo mortis nulla ſit reſeruatio, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſint, vt inquit Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. tamen aduertat Sacerdos, qui ob articulum mortis abſoluit aliquem ab excommunicatione reſeruata, monendum eſſe pœnitentem, vt, cum primum commodè poterit, ſe præſentet Prælato, cui excommunicatio reſeruata erat, quia alias reincidit in ſimilem excommunicationem, & idem dicendum eſt, ſi non ob mortis periculum, ſed ob alia legitima impedimenta (de quibus gloſſa in c. Religioſo. V. eo caſu de ſententia excommunic. in 6) abſoluat, vt dicitur infra in c. 9. excomm. 40.

Secundo aduertat idem Sacerdos, quamuis abſoluat tantum in foro interno, illud etiam ſibi præſtandum eſſe, vt neminem abſoluat, niſi prius ſatisfaciat, cui ſatisfaciendum eſt; vel, ſi ſatisfactio re ipſa dari non poſſit, det cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam; aut

ſi neque hæc præſtari poſſit, det cautionem iuratoriam, ideſt iuret, quod ſatisfaciet, quam primum poterit. Atque hanc ſatisfactionem exigere debet non ſolum dictus Sacerdos, ſed etiam quilibet alius Confeſſarius, qui ob priuilegia, vel Iubileum, vel aliam occaſionem abſoluit aliquem ſiue ſolemniter, ſiue priuatim ab excommunicatione reſeruata, vel etiam non reſeruata, vt ait Nau. c.26. nu.7. Suarez. diſp.19. in fine. Auila par.2. c.7. diſp.3. dub.5. & alij.

Tertiò aduertant Confeſſarij omnes abſoluentes aliquem ab excommunicatione in foro interiori, talem abſolutionem nihil ei prodeſſe in foro exteriori, de quo expedit, vt Confeſſarius moneat pœnitentem, ſicut etiam monere ſolent Pontifices in Iubileis.

Denique notandum eſt Doctores qui ſcripſerunt ante Rituale nouum, quod edidit Paulus V. monere alia quoque præſtanda eſſe in abſolutione ab excommunicatione, etiam data in foro ſolum interno, ſed dictum Rituale in foro, inquit, interiori Sacerdos abſoluat, iuxta formam communem ſupra præſcriptam in abſolutione ſacramentali.

CA-

CAPVT PRIMVM CONTINENS

Quattuordecim excommunicationes contra Prælatos, octo reſeruatas Papæ, & ſex nemini reſeruatas.

1 PRima eſt contra Cardinales, qui Sede vacante contrauenerint ijs, quæ ordinata ſunt à Iulio II. vt ſine ſimonia eligatur Papa; Vide Extrauagantem eiuſdem Iulij Secundi. Cnm tam diuino, quæ eſt 2. Caiet.V.exc.cap.24. Nauar.cap.27. nu.111. §.Trigeſimaprima. Suarez to. 5. diſp.22.ſ.6. num. 2. Sayrum l. 3.cap. 31. num.3.in fine, & *Reſeruatur Papæ*.

2 Contra Cardinales reuelantes aliquid de actis ſecretò in Conſiſtorio, exiſtente præcepto Papæ, vt non reuelentur. Vide Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ.9.Nauar.cap.27.num.110. & 111. & Authorem ſummæ Conciliorum qui ſequitur Caiet.V.excom. in fine dubitantem an hæc excom. & aliæ eiuſdem Concilij ſint receptæ, & *Reſeruatur Papæ*.

ſi neque hæc præſtari poſſit, det cautionem iuratoriam, ideſt iuret, quod ſatisfaciet, quam primum poterit. Atque hanc ſatisfactionem exigere debet non ſolum dictus Sacerdos, ſed etiam quilibet alius Confeſſarius, qui ob priuilegia, vel Iubileum, vel aliam occaſionem abſoluit aliquem ſiue ſolemniter, ſiue priuatim ab excommunicatione reſeruata, vel etiam non reſeruata, vt ait Nau. c. 26. nu. 7. Suarez. diſp. 19. in fine, Auila par. 2. c. 7. diſp. 3. dub. 5. & alij.

Tertiò aduertant Confeſſarij omnes abſoluentes aliquem ab excommunicatione in foro interiori, talem abſolutionem nihil ei prodeſſe in foro exteriori, de quo expedit, vt Confeſſarius moneat pœnitentem, ſicut etiam monere ſolent Pontifices in Iubileis.

Denique notandum eſt Doctores qui ſcripſerunt ante Rituale nouum, quod edi[illegible] lus V. monere alia quoque præſta[illegible] abſolutione ab excommunicatio[illegible] in foro ſolum interno, ſed d[illegible] foro, inquit, interiori Sa[illegible] xta formam communem[illegible] abſolutione ſacra[illegible]

CAPVT PRIMVM

CONTINENS

Quattuordecim … contra Prelatos … tas Papæ …

1 … eligu… dem … eſt 2. C… nu.112. §…

… Et hæc …os, dan- … Martini …nta, & … hoc fiat …anc ex- … Coenæ; … piſcopa- …opis,qui …is priui- … de qua …um, quæ … Savrum

…atur Papæ.

…rſonas om- …em Apoſto- …uid donant, …s datum, ſeu …antibus pro- …ommendas eis …s in Extrauag. …g. XI. de qua

Reſeruatur Papæ.

…m, qui electus à … duabus partibus …mum Pontificem aſ- … factæ. Vide cap. li- …ntonin. 3. par. tit. 24. …n.7.caſu 2.Syl.excom.9 …27. num. 114. §.ſecunda

3 Contra Cardinales, qui Papatum ambiunt, eiuſque cauſa ſimoniam committunt, aut cum aliquo tractant de futuro Papa eligendo inconſulto Papa viuente. Vide Extrauag. Cum ſecundum. Pauli Quarti, quæ eſt 38. & Extrauag. Li maluagi. Greg. XIV. & Sayr.l.3. cap.31. num.2. & hæc excomm. ligat etiam alios omnes, quamuis Reges, & Imperatores, & dantes auxilium, &c. vt infra c.9. excomm. 16. & *Reſeruatur Papæ.*

4 Contra Cardinales, qui ſimoniam committunt, de qua infra c. 2. excom.4. & 5. & *Reſeruatur Papæ.*

5 Contra Epiſcopos à collatione, & præſentatione officiorum, & beneficiorum ſuſpenſos, qui dicta officia, vel beneficia contulerint, vel ad ea præſentauerint. Et hæc excommunicatio eſt etiã contra omnes alios habentes Iuspatronatus, tam Eccleſiaſticos, quàm laicos, à præſentatione ſuſpenſos. Vide Extrau. Quanta Eccleſiæ Dei, quæ eſt 58. Pij Quinti, & Suarez d. 22. ſ. 6. num.21. & *Reſeruatur Papæ.*

6 Contra Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & omnes Eccleſiaſticas perſonas, quæ aliam perſonã Eccleſiaſticam, Collegium, vel Conuentum traxerint ad forum laicale pro cauſis quæ de iure ordinario, vel conſuetudine

ad

ad forum Eccleſiaſticum ſpectant. Et hæc excommunicatio ligat etiam laicos, dantes auxilium, &c. Vide Extrau. Martini V. ad reprimendas, quæ eſt quinta, & Nau.cap.27.num.71. vbi dicit, ſi hoc fiat auctoritate iudiciali, laica, hanc excommunicationem eſſe in Bulla Coenæ; & *Reſeruatur Papæ*.

7 Contra adminiſtratores Epiſcopatuum, & omnes inferiores Epiſcopis,qui publicant Indulgentias cum amplis priuilegijs, & ſuſpicione ſimoniæ, de qua Pius V. in Extrauag. Quam plenum, quæ eſt 99. Vide eandem Extrau. & Savrum l.3. cap.31. num. 15. & *Reſeruatur Papæ*.

8 Contra Prælatos, & perſonas omnes Eccleſiaſticas, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutas, quæ aliquid donant, ſeu promittunt, vel per alios datum, ſeu promiſſum perſoluunt, nuntiantibus prouiſiones, translationes, commendas eis conceſſas, &c. de quibus in Extrauag. Solicitè, quæ eſt. 4. Greg. XI. de qua Graff. l.4.c.23.num.3.& *Reſeruatur Papæ*.

9 Contra Cardinalem, qui electus à paucioribus, quam à duabus partibus Cardinalium in ſummum Pontificem aſſenſit electioni de ſe factæ. Vide cap. licet de elect. S. Antonin. 3. par. tit. 24. ca. 48.Ang.excom.7.caſu 2.Syl.excom.9 num.2.Nau. cap.27. num. 114. §.ſecunda

 Caiet.

Caiet.cap.9. Hæc excom.ligat etiam alios omnes, & ſecluſo ſchiſmate *Nemini reſeruatur*.

10 Eſt contra Epiſcopum, qui in Ciuitate, in qaua homines ſunt diuerſarum linguarum, ſuſceperit gubernationem eorum, qui ſunt ſuæ linguæ, antequam à proprio eorum Epiſcopo aſſumatur in ſuum Coadiutorem. Vide cap. quoniam de off.Iud.ord. Nauar. cap.27. num.114. & Sayr.cap.32.num.2.qui putat hanc excommunicationem eſſe contra omnes,ſed Nauar.vult eſſe ſolum contra Epiſcopos, & *Nemini reſeruatur*.

11 Contra Nuncios Apoſtolicos, etiã ſi fuerint Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. qui a Principibus, Regibus, ſiue Imperatoribus, ad quos mittuntur, fauores vocales, aut litteras ad dignitates impetrãt. Vide Extrauag.Pij IV. Et ſi Romanum, quæ eſt 124. & *Nemini reſeruatur*.

12 Eſt contra Epiſcopos, & quoscũq. Prælatos permittentes ritum, habitum vè Fraticellorum, Bizocchorum, ſiue Beguinorum, Vide Extrau. Ioan. XXII. Sancta Romana. Caiet. V. excommunicatio. cap.5.& Sayrum l.3.cap.32.nu.24. Tolet.l.1.c.38.num.12. Hæc excommunicatio eſt etiam contra dictos Fraticellos, & Beguinas, & omnes de nouo aſſumentes talem ſectam, quæ hodie non extat, vt in-

vt inqnit Toletus ſupra, & *Nemini reſeruatur*.

13 Contra Prælatos quoſcumque etiã Patriarchas, ad Romanam Curiam venientes, & inde deſcendentes abſque Papæ notitia, ſecus atque ſtatuitur in Extrauag. Et ſi deceat. Ioan. XXII. Et excommunicantur etiam omnes, qui Prælatos apud Sedem Apoſtolicam recipiunt, uiſi ante receptionem aduentum illorum Papæ ſignificauerint. Vide d.Extrau. & Sayrum l. 3. cap. 32. num.23. & *Nemini reſeruatur*.

14 Contra Prælatos, ſi ſint Sacerdotes, & habeant officium Vicecomitis, vel alterius præfecti ſecularis, nec tale officium admoniti dimittant. Hæc excommunicatio eſt etiam contra alios Sacerdotes, vti dicemus infra capit.2.excom.8 Vide c.Clericis. Ne Clerici, vel Monaci. Caiet.c.76. Nauar.cap.27.num. 117. §.ſeptima, Graſſium l.4.cap.22. num. 32. Tolet.lib.1.cap.37.num.7.Suarez diſp.23 ſ.3.nu.21. & *Nemini reſeruatur*.

Aduerte hic contra Epiſcopos, & alios Prælatos eſſe etiam multas alias excommunicationes, & precipuè illas, quæ ſunt contra omnes ponunturque infra in cap.9. Quamuis enim in Suſpenſionem, & interdictum non incidant Epiſcopi, nec eorum Superiores, niſi de illis fiat expreſſa mentio, cap. quia periculoſum. de

ſent. excom. in 6. Excommunicatio tamen generaliter lata & Epiſcopos, & eorum Superiores etiam Cardinales ligat, vt notat Nauar. in Comm. de datis, & acceptis notabili ſexto; Sayrus lib. 1. cap. 8. num. 23. & 24. Vgolinus Tabula prima, cap. 17. num. 10. & 11. & alij. Nos tamen hic ſolum poſuimus excommunicationes, quæ ſolis Prælatis competunt, vel in quas facilius Prælati incidere poſſe videntur.

CAPVT II.

CONTINENS

Tredecim excommunicationes contra Clericos, octo reſeruatas Papæ, & quinq; nemini reſeruatas.

Contra Clericos, qui ſcienter, & ſpontè participant cum excommunicato à Papa, recipiendo eum ad diuina. Vide cap. ſignificauit de ſent. excom. Syl. excommunicatio 7. num. 12. Cai. cap. 58. Nauar. cap. 27. num. 93. Sayrum l. 3. c. 29. num. 5. Suarez diſp. 22. ſ. 2. nu. 22. Tol. l. 1. cap. 35. num. 2. & *Reſeruatur Papæ*.

2 Contra Clericos, qui inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, aut promitten-

mittendum, quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam non mutabit. Vide Clem. cupientes, §. fin. de poenis Syl. excom 7. num. 49. Nauar. c. 27. num. 103. Caiet; cap. 49. Sayrum l. 3. cap. 29. nu. 39. Suarez diſp. 21. ſol. 4. num. 25. Tol. l. 1. cap. 36. num. 3. Eſt hæc excommunicatio etiam contra Religioſos, & Religioſas, & *Reſeruatur Papæ.*

3 Contra Clericos inferiores Epiſcopis, qui prouiſi de beneficijs curatis, præſtito iuramento de eiſdem beneficijs intra certum tempus perſonaliter deſeruiendo, non adimplent iuramentum. Et hæc excommunicatio eſt etiam contra illos, in quorum fauorem beneficia dicta reſignantur, ſeu dimittuntur, & qui ad id præſtant auxilium, &c. Vide Extrau. Inter multiplices curas, Pij IV. quæ eſt 87 & Sayrum l. 3. cap. 31. num. 5. & *Reſeruatur Papa.*

4 Contra Clericos, qui dant, vel recipiunt aliquid per ſimoniam realem pro Ordine ſuſcipiendo, vel beneficio conſequendo; Item, qui proxenetæ fuerint, procuratores vè, vt huiuſmodi ſimonia committatur. Et hæc excommunicatio ligat etiam alios omnes quamuis Epiſcopos, Patriarchas, Cardinales, Reges, Imperatores, vt infra cap. 9. excom. 10. Vide Extrau. Cum deteſtabile de ſimonia,

nia, S. Antonin. 3. par. tit. 24. cap. 65. Syl.excom.7.num.80. Caiet. cap.72. Nauar. cap.27.num 106. §. 21. Sayrum l. 3. cap.30.num.6, Sotum l.9. quæſt. 8. art.2. Leſſ. l. 2. cap.35. dub. 24. & 25. Suarez diſp.22.ſ.5.nu.22.& l.4. de ſimonia c.56. & *Reſeruatur Papæ.*

5 Contra Clericos, & alios omnes apertè, vel occultè committentes ſimoniam confidentialem, Vide Extrau. Intolerabilis. Pij Quinti, quæ eſt 87. Suarez diſp. 22.ſ.6.num.15.& lib.4.de ſimonia cap.43.Nauar. cap.23.num.110. Leſſium l.2.cap.35,dub,26.& Sayrum l.3. cap.31. num.6. qui non rectè excipit Card. nam etiam hi expreſsè comprehenduntur, & notat Pariſius q. 19. de confidentijs, & *Reſeruatur Papæ.*

6 Contra Clericos, qui, vt aliqui occupent bona, vel iura Eccleſiarum, locorum vè piorum cauſa fuerint, vel eis conſenſerint. Habetur in Concil. Trid. ſeſſ.22. cap.11.de reformat. & infra in c.9.excom.36. & *Reſeruatur Papæ.*

7 Contra Clericos trahentes aliam perſonam Eccleſiaſticam ad forum laicale, vt ſupra c.1. excom. 6. & *Reſeruatur Papæ.*

8 Contra Clericos apud Sedem Apoſtolicam conſtitutos, qui aliquid donant ſeu promittunt, vel ſoluunt, nuntiantibus

bus prouiſiones, &c. de quibus ſupra, c.1.excom.8. & *Reſeruatur Papæ*.

9 Contra Clericos omnes minores Epiſcopis, qui publicis foeneratoribus locant domos, vel aliter concedunt, aut eos ex ſuis terris intra tres menſes nõ expellunt. Vide c.1.de vſuris in 6.Caiet. cap.52.Nauar.cap.27.num.136.§.13.Sayrum l.3.cap.32. num.12. Suarez diſp. 22. ſ.4.num. 42. Tol. l.1. cap. 38. num.22. & *Nemini reſeruatur*.

10 Contra Clericos Presbyteros, vel etiam non Presbyteros, ſed Archidiaconos, Plebanos, Decanos, Præpoſitos, Cantores, vel perſonatum habentes, qui audiunt Phyſicam .i. Medicinam, vel Leges niſi intra duos menſes deſiſtant. Vide cap.ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel Monaci. Syl.excom.9. num. 22. Caiet. c.50. Nauar.cap.27. num. 116. Suarez diſp. 23. ſ.3.num.9.Tol.l.1.cap.37.num.4. vbi dicit in foro poli, non in foro fori excuſari eos, qui ſtudent legibus inquantum conducunt ad notitiam Canonum, & *Nemini reſeruatur*.

11 Contra Sacerdotes, qui habent officium Vicecomitis, vel alterius præfecti ſæcularis, ſi admoniti non relinquũt tale officium, vt diximus ſupra, c. 1. excom.14. & *Nemini reſeruatur*.

12 Contra Clericos, qui Matrimonii de fa-

de facto contrahunt. Et hæc excom. eſt etiam contra Religioſos, & Religioſas idem facientes, & contra omnes Matrimonium contrahentes in gradibus prohibitis, vel cum Monialibus. Vide Clem. p. de conſan. & affin. Caiet. cap. 47. & Nauar. cap. 27. num. 141. qui duo Doctores dicunt in d. Clem. excommunicari etiam Clericos celebrantes matrimonia inter dictas perſonas prohibitas, ſed hoc negat melius, Suarez d. 23. ſ. 5, num. 23. & *Nemini reſeruatur*.

13 Contra Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſticas, quæ alienant vel locant in plures, quam tres annnos bona immobilia pretioſa Eccleſiarum, extra caſus iure permiſſos, & hæc excommunicatio eſt etiam contra omnes, qui prædicta bona recipiunt. Vide Extrau. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienam. & Syl. V. alienatio num. 15. in fin. qui dicint hanc cenſuram non eſſe vſu receptam; ſed melius dicunt alij conſulendum eſſe vſum locorum, vt Sayr. l. 3. c. 32. nu. 22. in fine & *Nemini reſeruatur*.

Aduerte contra Clericos eſſe etiam alias excommunic. quæ infra præſertim in c. 9. & 10. poſitæ ſunt.

CA-

CAPVT III.

CONTINENS

Vigintiquinque excommunicationes contra Religioſos, duodecim reſeruatas Papæ, & tredecim nemini reſeruatas.

1 Contra Religioſos omnes, qui inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum, quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam non mutabit. Hæc excommunicatio eſt etiam contra Moniales. Vide ſupra c. 2. excom. 2. & *Reſeruatur Papæ.*

2 Contra Religioſos omnes, qui ſacramentum vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrant, aut matrimonia ſolemnizant ſine expreſſa licentia Parochi, aut abſoluunt à culpa, & à poena, vel abſoluunt excommunicatos in caſibus ſibi non conceſſis. Vide Clementinam Religioſi de priuilegijs, Caiet. c.64. Nauar. c.27.num.101. Suarez d, 22. ſ. 3. num. 2. Tol.lib.1.c.36.nu.2.Sayr.lib.3.c.29.nu.26 & *Reſeruatur Papæ.*

3 Contra Religioſos euntes vltra Mare ſine licentia ſuorum Superiorum in ſcriptis

ſcriptis obtenta. Vide Extrauag. ad noſtrum Ioan. XXII. de Regularibus, & *Reſeruatur Papæ.*

4 Contra Religioſos, exigentes quoſcunque paſtus, prandia, coenas, pecunias, iocalia, aut alias res pro ingreſſu Monaſterij. Hæc excommunicatio eſt etiam contra omnes dantes prædicta, vt in cap. 9. excom. 10. Vide Extrau. Sanè de ſimonia, Caiet.c.73.Syl.excom.7.n,81 Suarez.diſp.22.ſ.5.num.11.Tol.lib.1.c.36 num.7,Sayrum l.3. c.31. num.5. & *Reſeruatur Papa.*

5 Contra Religioſos Mendicantes, qui tranſeunt ad ordinem non Mendicantium, excepto Carthuſianorum, & contra Religioſos non Mendicantes, qui in ſuum Ordinem prædictos recipiunt ſine licentia Papæ. Vide Extrauag. Viam ambitioſæ de Regularib.Caiet. c.74. Nauar.27. c.106. §. 22. Suarez diſp. 22. ſ.5. num.16.Sayrum lib. 3. cap.30. num.8. & *Reſeruatur Papa.*

6 Contra Religioſos, qui detinent in ſuis Eccleſijs, vel Monaſterijs Apoſtatas Fratrum Prædicatorum, niſi eiecerint, poſtquam à dictis Fratribus moniti ſint, Vide illorum priuilegiũ citatum à S. Antonin.3.p.tit.24.c.71. Et hanc excomm. incurrunt etiam, qui detinent Apoſtatas aliorum Ordinum, qui eiſdem priuilegijs

gijs gaudent, & *Reſeruatur Papæ*;

7 Contra Minores,& Eremitanos, qui præſumunt recipere in ſuum Ordinem, Fratres Prædicatores. Vide eorum priuilegium illud citatum ab eodem S. Antonin. ſupra, quo gaudent alij Ordines quibus Fratrum Prædicatorum priuilegia ſunt communicata, & *Reſeruatur Papa*.

8 Contra Religioſos omnes, exceptis Carthuſianis, qui recipiunt aliquem Religioſum Societatis Ieſu ſine licentia ſui Superioris, & hæc excommunicatio eſt etiam contra ipſos Ieſuitas, ingredientes Religionem aliam à Carthuſiana, & contra dantes auxilium, &c. Vide Extrauag. Aequum reputamus, Pij V. quæ eſt in priuilegijs dictæ Societatis, & *Reſeruatur Papa*, vel Superiori eiuſdem Societatis.

9 Contra Profeſſos Ordinis Humiliatorum extincti à Pio V. qui admittunt aliquem ad profeſſionem, vel habitum dicti Ordinis. Vide Extrau. Quemadmodum Pij V. quæ eſt 122. & *Reſeruatur Papa*.

10 Contra Minores, qui tempore Interdicti admittunt in ſuis Eccleſijs Fratres Tertij Ordinis ad audienda diuina Officia. Hæc excommunicatio (vt habetur in Clem. cum ex eo de ſent. excomm.) ſatisfactione præmiſſa tollitur ab Epiſco-

po,

po, aliàs *Reſeruatur Papæ.*

11 Contra Religionum Superiores, qui non paruerint Bullæ Pauli V. editæ anno 1606. quæ incipit, Romanus Pontifex, & præcepit, vt Religioſi, de hæreſi ſuſpecti (cuiuſmodi ſunt ſolicitantes mulieres in confeſſione) ipſis Inquiſitoribus denuntientur, ita vt pro ipſorum ſuſpectorum Superioribus non ſit amplius præuentioni locus, & *Reſeruatur Papæ.*

12 Contra Abbates, Priores, & alios quoſcunque Superiores Regulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialium quouis modo incumbit, ſi eadem Monaſteria ingrediantur in caſibus non neceſſarijs, & non comitati à paucis, ijſque ſenioribus, ac Religioſis perſonis, & hæc excommunicatio ligat etiã Prælatos ſeculares, Epiſcopos, & Cardinales, ſi tertia vice ingrediantur, Vide Extrauag. Dubijs, quæ eſt 75. Greg. XIII. vbi nulla fit mentio reſeruationis, contra alios verò, qui ingrediuntur Monaſteria Monialium, eſt excommunic. quæ, vt dicitur infra c.9. excomm. 12. *Reſeruatur Papa.*

13 Contra Religioſos omnes, qui habitum ſuæ Religionis temerè dimittunt. Vide c. vt periculoſa, ne cler. vel mona. in 6. Caiet. c. 61. Nauar. cap. 27. num 131.

Sua-

Suarez d.23.ſ 4.num.26. & *Nemini reſeruatur*.

14 Contra Religioſos omnes, qui ad aliqua ſtudia accedunt ſine licentia ſui Prælati, & conſilio maioris partis conuentus. Vide d.c.vt periculoſa, & Doctores citatos, & *Nemini reſeruatur*.

15 Contra Religioſos exeuntes à Monaſterijs ad audiendas leges, vel medicinam, niſi intra duos menſes redeant. Vide c.non magnopere, ne clerici, vel monaci, & Doctores citatos ſupra in cap.2. excom.10. & *Nemini reſeruatur*.

16 Contra Religioſos omnes, qui nõ ſeruant Interdictum, aut ceſſationem à diuinis, quam ſeruat Eccl. Cathedralis, vel Matrix, aut Parochialis Oppidi. Vide Clement. 1. de ſent. excom. S Antonin. 3 p.tit. 24. c.56. Caeit.c.67 Nauar. c.27. num.146. Sayr.lib 3. c.33 num 44. Tolet. lib.1.c.39 nu. 15. Sylueſt excom 9. nu 90. caſu 47. & *Nemini reſeruatur*.

17 Contra Religioſos, qui non habentes beneficium, aut adminiſtrationẽ, ſibi appropriare noualium, aut alias decimas Eccleſijs debitas præſumunt, vel eas prohibent ſolui Eccleſijs, &c. Vide Clement. Religioſi. de decimis, Caiet cap 48. Sylu. excom.9. num 72. caſu 36. Nauar. cap.27. num.138. Tolet. lib.1.c.39. num.3. & *Nemini reſeruatur*.

18 Con-

18 Contra Religioſos ſaltem Monachos, & Canonichos regulares, qui non habentes adminiſtrationem, proficiſcuntur ad aulas Principum, animo nocendi ſuis Superioribus, aut Monaſterijs. Vide Clement. Ne in agro. §. quia verò, de ſtatu Monachor. Caiet.c 62.Syl. excom.9. num 73. caſu 37. Nauar. c. 27. num. 139. Suarez diſp. 23. ſect. 5. num.4. & *Nemini reſeruatur*.

19. Contra Religioſos omnes, qui aliquid dicunt ea intentione, vt auertant audientes à ſolutione decimarum. Vide Clement. cupientes de poenis, Caiet. cap 65. Sylu excom 9 nu 88.caſu 45.Nauar.c.27. num 145. Hæc excommunicatio eſt etiam contra Religioſos confeſſarios negligentes facere conſcientiæ ſcrupulum circa ſolutionem decimarum, & *Nemini reſeruatur*.

20 Contra Religioſos omnes, contrahentes de facto Matrimonium, vt ſupra, cap 2.excom.12. & *Nemini reſeruatur.*

21 Contra Religioſos, dictos Fraticellos, ſeu Fratres, de paupere vita, aut Bizochos, ſeu Beguinos, vt ſupra, cap. 1. excom. 11 & *Nemini reſeruatur*.

22 Contra Religioſos Mendicantes, qui ſine licentia Papæ accipiunt noua loca ad habitandum, aut commutant, aut alienant acquiſita ante Concil. Lugdun.

Vide

Vide Clement. cupientes de poenis, Sylu. excom 9. num. 85. caſu 44. Caiet. capit. 56. Nauar. cap. 27. num. 144. qui rectè notat hanc excom. quo ad multos Mendicantes per eorum priuilegia ſublatam eſſe, & *Nemini reſeruatur*.

23 Contra Religioſos Mendicantes, approbatos poſt Conc. Lugdun. qui abſq; facultate ſpeciali Papæ recipiunt aliquem ad ſuum Ordinem, vel nouum locum acquirunt, aut acquiſitum vendunt, excipiuntur tamen quatuor Ordines Mendicantes, & alij poſt hos approbati. Vide cap. vnicum de Relig Domin. in 6. Nauar. cap. 27. num. 127 § 20. Sayr. lib. 3. cap. 34. num. 5 Suarez diſt. 23. ſ. 4. num. 19. Tolet. lib. 1. c. 38. num. 12. qui dicit hanc excom. modo non habere locum & *Nemini reſeruatur*.

24 Contra Monachos, qui ſine licentia Abbatis habent arma intra ſepta Monaſterij. Vide Clement. ne in agro de ſtatu Monac. Caiet. cap. 63. Nauar. cap 27. num 139. Sylu. excom. 9. num 73. caſu 38. & *Nemini reſeruatur*.

23 Contra Religioſos Sacerdotes, habentes officium Vicecomitis, aut alterius Præpoſiti ſecularis, vt diximus ſupra, c. 2. excom. 11. & notat Graff. lib. 4. c. 21 nu. 32. & *Nemini reſeruatur*.

Aduer-

Aduerte contra Religioſos omnes eſſe etiam alias excommunicationes, & præcipuè illas, de quibus infra cap. 9. & 10.

CAPVT IV.

CONTINENS

Septem excom. contra Moniales, vel alias fœminas, quinque reſeruatas Papæ, & duas nemini reſeruatas.

1 PRima eſt contra Moniales, quæ inducũt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum, quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſiam, vel electam, non mutabit, vt diximus ſupra in cap. 3. excom. 1. & *Reſeruatur Papæ*.

Hic addi poſſent excommunicationes ſupra poſitæ contra Religioſos; nam ſub nomine maſculino ſolet etiam fœmininum comprehendi, quãdo excommunicatur actio, quæ poteſt etiam fœminis conuenire, vt notat

Suarez

Suarez diſp. 22. ſect. 4. num. 5. ſed, quia ſunt de raro contingentibus, omittuntur.

2 Eſt contra Moniales exeuntes de ſuis Monaſterijs quacunque cauſa, etiam infirmitatis, exceptis ſolis tribus caſibus magni incendij, lepræ, & epidimiæ Hæc excommunicatio eſt etiam contra concedentes Monialibus facultatem exeundi, & comitantes, & recipientes Vide Extrauag. Decori, quæ eſt centeſima Pij V. & Nauar. in cap ſtatuimus 19. quæſt 3. nu. 39. & ſeq & *Reſeruatur Papæ.*

3 Contra Moniales, quæ intromittunt vel ingredi permittunt ſua Monaſteria viros, vel fœminas, de quibus dicemus infra excom. 7. & c. 9. excom. 12. & *Reſeruatur Papæ.*

4 Contra Moniales, contrahentes de facto matrimonium, vt diximus ſupra, cap. 2. excom. 11. & *Nemini reſeruatur.*

5 Conrra Fœminas omnes ſectantes ſtatum Beguinarum, vel de nouo inſtituentes, vt diximus ſupra, cap. 1. excom. 11. & *Nemini reſeruatur.*

6 Contra fœminas omnes ingredientes Monaſteria quorumcunque Regularium. Vide Extrau. Regularium Pij V. & Nauar. in cap. ſtatuimus, quæſt. 3. num. 62. & *Reſeruatur Papæ.*

7 Contra feminas ſæculares, ingredientes Monaſteria Monialium, etiam prætextu licentiarum, quas reuocauit primum Pius V. deinde Gregorius XIII. poſtea Paulus Quintus die decimo Iulij 1612. & *Reſeruatur Papæ*.
Vide infra c.9.excom.12.

Aduerte contra Moniales, & feminas omnes eſſe etiam alias excommunicationes, quæ infra in cap. 9. & 10. habentur.

CAPVT V.

CONTINENS

Septem excom. contra Confeſſarios, vel Concionat. quinque Papales, & duas nemini reſeruatas.

1 Contra confeſſarios, qui præſumunt abſoluere à caſibus clare, vel dubiè, contentis in Bulla Coenæ, aut ab alijs caſibus Papalibus, vel Epiſcopalibus. Vide Decretum Clementis Octaui, & eius decla-

declarationem, editam anno 1602. & *Reſeruatur Papæ*.

2 Contra confeſſarios, qui ex Priuilegio Sixti Quarti commutant aliquod iſtorum quinque votorum, Peregrinationis ad Vrbem, vel Compoſtellam, vel Hieruſalem, Religionis, & Caſtitatis,&c. Vide Extrau. Etſi Dominici 2. de poenit. & remiſſ. Caiet.c.72.Sot.4.diſt.22. quæſt. 2.artic.3.concl.5.Nauar. c.27. num.105. qui dicit parum, vel nihil prodeſſe nunc ſcire hanc excomm. niſi vt ſciamus vota Papæ reſeruata, & *Reſeruatur Papæ*.

3 Contra concionatores, qui in ſuis ad populum concionibus prædicant miracula falſa, vel incerta, vel Prophetias, quæ non continentur in ſacra ſcriptura, vel audent Epiſcopis, aut ſuis Superioribus detrahere, &c. Vide Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. ſeſſ. 11. & Doctores citatos ſupra cap. 1. excom. 2. & *Reſeruatur Papæ*.

4 Contra concionatores, qui in ſermonibus ad populum, vel alias quomodolibet affirmare præſumunt eſſe hæreſim credere Beatam Virginem conceptam ſine peccato originali, vel eſſe peccatum mortale id credere, aut tenere; vel eſſe aliquod peccatum, Conceptionis Officiũ celebrare, concionesvè eorum, qui immaculatam eam prædicant, audire. Item

excommunicantur, qui auſi ſint aſſerere eſſe hæreſim, vel peccatum mortale tenere contrariam opinionem. Et hæc excommunicatio eſt etiam cōtra alios omnes. Vide Extrau. Graue nimis de Reliquijs, & venerat. Sanctorum Caiet. c. 74 Nauar. num. 107. cap. 27. Suarez diſp. 22. ſect. 5. nu. 30. Sayrum lib. 3. cap. 30. nu. 10. & *Reſeruatur Papæ*.

5 Contra Concionatores, qui præſumunt prædicare, Fratres Prædicatores, vel Minores non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere ex eleemoſynis, neque prædicare, neque audire confeſſiones, cum licentia Papæ, ſine licentia aliorum Prælatorum, & Curatorum. Vide Sanctum Antonin. 3. par. tit. 24. cap. 70. Caiet. c. 81. Nauar. c. 27. num. 109. & *Reſeruatur Papa*.

6 Contra eos, qui prædicando, vel diſputando audent impugnare Montes Pietatis. Vide Conc. Lateranen. ſub Leone X. & *Nemini reſeruatur*.

7 Contra Confeſſarios Religioſos negligentes facere conſcientiæ ſcrupulum non ſoluentibus decimas, vt diximus ſupra, c. 3. excom. 19. & *Nemini reſeruatur*

Aduerte, contra Confeſſarios, & Concionatores omnes eſſe etiam alias excommunicationes, de quibus infra

in

in cap. 9. & 10. Et præterea ſi ſint Religioſi, ligantur excommun. latis contra Religioſos, de quibus ſupra cap. 3. Si verò ſint Clerici ſeculares innodantur excommun. de quibus ſupra, cap. 2. &c.

CAPVT VI.

CONTINENS

Tres excommunicat. contra Inquiſitores, & Deputatos ad executionem Sancti Officij, vel Commiſſarios, duas reſeruatas Papæ, & vnam nemini reſeruatam.

1 Contra Inquiſitores, & alios Deputatos ad ſancti Officij executionem, qui odio, vel amore, vel lucri, aut commodi temporalis gratia, omittunt procedere contra aliquem in cauſa hæreſis; aut ob eaſdem cauſas, imponunt alteri hæreſim, vel quod impedierit S. Officium. Habetur in Clem. multorum, §. verum, de hæret. Vide Caiet. cap. 3. Nauar. cap. 27. nu. 100. Suarez diſp. 22. ſeſſ. 3. Sayrum lib. 3. c. 29. nu. 25. Tolet. lib. 1. cap. 36. nu. 1

& *Reſeruatur* Papæ.

2 Contra Inquiſitores, & Commiſſarios ipſorum, vel Epiſcoporum, vel Capituli, Sede vacante, ſuper hæreſim deputatos, qui pretextu Officij Inquiſitionis modo illicito extorquent pecuniam, aliquam, vel Eccleſiæ bona ob Clerici delictum Fiſco etiam Eccleſiæ applicant. Habetur in Clement. Nolentes, de hæret. Vide Sylu.excom.9.num.81.caſu 42. Nauar.cap.27.num.142.Caiet. cap.4.Tolet. lib. 1. c. 39. n. 11. & *Nemini reſeruatur.*

3 Contra Commiſſarios, & Delegatos ad cognoſcendum, an alienatio bonorum Eccleſiæ ſit in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, vel non, qui amore, vel timore alienationi conſentiunt, aut auctoritatem præbent tali alienationi. Habetur in Extrauag.cum omnibus Pauli II. Vide Sylu.excom.7.num.83.caſu 47. Nauar.c.27. nu.108. Caiet.verò hanc omittit, & *Reſeruatur Papæ.*

Aduerte perſonas, de quibus eſt hoc cap. ligari etiam excommunicationibus, de quibus eſt cap.9. & 10. *atque ſi ſint Prælati, excom. de quibus in cap prim ſi Clerici, excomm. de quibus in cap.* 2. *Si Religioſi, excom. de quibus in cap.* 3. *&c.*

CA-

CAPVT VII.

CONTINENS

Quindecim excommunicationes contra Dominos temporales, tres reſeruatas Papæ, & duodecim nemini reſeruatas.

1 PRima eſt contra omnes Dominos temporales, & Nobiles, qui cogunt aliquem ad celebrandum diuina Officia in locis interdictis, ſiue cogatur celebrans in ſua perſona, ſiue in conſanguineis; & qui per preconem, campanam, aut tubam faciunt euocari populum ad audiendam ibi Miſſam, & qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti, moniti à celebrante, exeant ab Eccleſia. Hæc excom. eſt etiam contra prædictos monitos, non exeuntes. Habetur in Clement. Grauis, de ſent. excom. Vide Caiet. cap. 42. Sylu. excom. 7. nu. 15. caſ. 17 Nauar. cap. 27. num. 104. Suarez. diſp. 22. ſect. 4. num. 27. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 4. & *Reſeruatur Papæ*.

2 Contra omnes Dominos, etiam Reges, & Imperatores, qui concedunt in ſuis terris inter Chriſtianos duellum.

Hæc excommunicatio eſt etiam contra duellantes, & ſpectatores, &c. Habetur in Concil.Trid.ſeſſ.25.de reform.cap.19. & in Bullis plurium Pont. ſed præcipuè in Bulla Clem.VIII.de duello. Vide Sayrum lib.3. cap. 31. num. 2. & *Reſeruatur Papæ.*

3 Contra omnes habentes dominium temporale, qui prohibent ſubditis, ne quidpiam vendant perſonis Eccleſiaſticis neque ab eis emant, neque eorum frumenta molant, aut panem coquant, &c. habetur in cap.fi.de immun. Eccleſ. in 6. Vide Sylueſt. excom.9. num.50. caſu.23. Caiet.cap.37. Nauar. cap. 27. num. 130. Sayr.lib.3.cap.34.num.16.Suarez diſp.23 ſect.4.nu.24. & *Reſeruatur* Papæ.

4 Contra omnes Principes, Senatores, Iudices, Conſules, Rectores, Officiales, & alios Dominos, qui intra menſem, à die notitiæ habiti delicti, non obſeruant, quod ſtatutum eſt contra inſequentes Cardinales. Vide cap. felicis, de poenis, in 6.Sylu. excom. 9 num. 64. caſu 33 Nauar.cap.27.nu.136.Caiet.c.11 & *Nemini reſeruatur.*

5 Contra omnes Dominos, Gubernatores, Rectores, alioſque Officiales cuiuscumque dignitatis ſint, qui non obſeruant diligenter omnia, quæ circa electionem Papæ, ſtatuuntur in cap. vbi periculum

riculum, §. præterea, de elect. in 6 Vide Caiet. cap. 54 Syluest. excom. 9. num. 35. caſu 12 Nauar. num. 121. & *Nemini reſeruatur*.

6 Contra omnes habentes iuriſdictionem temporalem, qui non obediunt Epiſcopis, & Inquiſitoribus in requirendis hæreticis, & alijs præſtandis, de quibus in cap vt Inquiſitionis, de hæret. in 6. Hæc excommunicatio eſt etiam contra, dantes auxilium, conſilium, fauorem,. Habetur in dicto capite, vt Inquiſitionis. Vide Caiet. cap. 2. Sylu. excom. 9 num. 58. caſu 28. Nauar. cap 27. nu. 135. Tol. lib 1. c. 38. nu. 19. & N*emini reſeruatur*.

7 Contra Poteſtates, Capitaneos, Rectores, & Officiales omnes quarumcumque Ciuitatum, qui faciunt, ſcribunt vel dictant ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, vel vt ſolutæ non poſſint repeti, vel iudicant vſuras eſſe ſoluendas, & habetur in Clement. 1. de vſuris Vide etiā Caiet. num 5. Sylu. excom. 9. num 82. caſu 43. Nauar cap 27. num. 143. & N*emini reſeruatur*.

8 Contra omnes facientes ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & habetur in c. nouerit de ſent. excom. Vide Caiet. cap. 31 Nauar. 27. num. 129 Sylu. excom. 9. num. 31. caſu 10. & N*emini reſeruatur*.

9 Contra concedentes Repreſalias contra perſonas Eccleſiaſticas, aut bona ipſorum, niſi infra menſem à die conceſſionis id reuocent. habetur in c vnico, de iniurijs, in 6. Vide Caiet cap. 32 Syl excomm 9. nu. 62. caſu 32. Nauar. c. 27 n. 136. & *Nemini reſeruatur*.

10 Contra omnes Magiſtratus ſeculares, qui requiſiti ab Epiſcopo, non ei præbent auxilium brachij ſecularis, vt ſeruetur clauſura monialium. habetur in Conc. Trident ſeſſ 25 de Reformat. cap. 5. & *Nemini Reſeruatur*.

11 Contra omnes Officiales, & Magiſtratus, qui non paruerint Cardinalibus, Inquiſitoribus Generalibus Romæ, in ijs, quæ ſpectant ad S Officium habetur in Extrau. Sanctiſſ. Pij V. & *Nemini reſeruatur*.

12 Contra omnes Principes quacunque, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Regali, & Imperiali dignitate fulgentes, qui in ſuis terris permittunt fieri Taurorum agitationes, ſeu ferarum. habetur in Extrau. De ſalute, quæ eſt 47. Pij V Vide Nauar. cap 15. num. 19 & *Nemini reſeruatur*.

13 Contra Principes, & Rectores locorum quorumcumque, qui non faciunt diligenter inquiri per domos, & Synagogas Iudæorum libros Talmut, & inue-

tos

tos comburere, habetur in Decreto Cardinalium, quod eſt in primo Tomo Bullarum, fol. 122. & *Nemini reſeruatur*.

14 Contra habentes iuriſdictionem, qui directè, vel indirectè contrahi faciunt matrimonia non liberè. Habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 24 cap 9. de Reform matrim. Vide Sanchez lib 4 disp. 22 num. 8. & Suarez diſp. 23. ſect. 7. num. 6. & *Nemini reſeruatur*.

15 Contra Adminiſtratores, Iudices, & Gubernatores ſeculares, qui conuenti ab Epiſcopis, & viris Eccleſiaſticis, quod iuſtitiam non ſeruent, poſt trinam monitionem non ſe corrigunt. Habetur in cap. adminiſtratores, 23 quæſt. 5. Vide Tolet. lib. 1. cap. 37. nu. 1. Suarez diſp. 29. ſect. 2. num. 1. & *Nemini reſeruatur*.

Aduerte, contra Dominos omnes, etiam Reges, & Imperatores eſſe alias quoque excommunicationes, vt illam, quæ eſt contra percuſſorem Clerici, & alias, quæ ponuntur infra in cap. 9. Ab excommunicationibus verò Epiſcopalibus, generaliter latis, non ligantur Reges, nec Reginæ, nec eorum filij, vt dicitur in c. cũ cappella. de priuilegijs. in 6.

CAPVT VIII.

CONTINENS

Quindecim excommunicationes contra ſtatus particulares; quinque reſeruatas Papæ, & decem nemini reſeruatas.

1 Contra Officiales S. Pœnitentiariæ, accipientes aliquid etiam à ſponte dantibus, vel facientes alia prohibita à Bulla 85. Pij V. quæ incipit, In omnibus rebus, de qua Savr.lib.3.cap. 31.num. 8. & *Reſeruatur Papæ.*

2 Contra Iudices, qui ſe intromittũt circa pertinentia ad officium Auditoris Cameræ contra tenorem præſcriptum in Extrauag. Ad eximiæ, quæ eſt 38.Pij IV. & *Reſeruatur Papæ.*

3 Contra Præſidentes, & Officiales omnes Montium Pietatis Status Eccleſiaſtici, qui pecunias ad dictos Montes quomodolibet ſpectantes in alios, quam pauperum vſus diſponere præſumunt. Habetur in Breui Pauli V. quod incipit, Onerosa Paſtoralis, edito anno 1615. & *Reſeruatur Papæ.*

4 Contra omnes Eccleſiaſticos, tam ſecu-

ſeculares, quam Regulares, qui in Regno Neapolitano Bannitos viarum Graſſatores receperint. Habetur in Breui Sixti. V. de quo Quaranta V. Bannitorũ fautores, &c. *Reſeruatur Papæ.*

5 Contra Vicecamerarium, Theſaurarium, & Clericos miniſtros, aſſiſtentes in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, ſi non ſeruant, quæ ſtatuuntur in Bulla reform: dicti Tribunalis, quæ incipit, cum inter, & *Reſeruatur Papæ.* Huc ſpectat excommunicatio Papalis lata contra Miniſtros eiuſdem Cameræ, rationem adminiſtrationis fideliter non reddentes, de qua Sayrus lib.3.c.31. num.1.

Aliæ etiam excommunicationes contra Iudices, & Officiales Cameræ Apoſtol. & aliorum Tribunal. particul. habentur in alijs Bullis, ſed *Nemini reſeruantur.*

6 Contra Doctores, qui ſcienter docent Leges, aut Medicinam Religioſos, qui reliquerunt ſuum habitum; aut retinere in ſuis Scholis præſumunt. Habetur in cap.2.ne clerici, vel monaci. Vide Caiet. c.62 Sylueſt.excom.9. nu.56. caſu 26. Nauar. cap. 27. num. 134. & *Nemini reſeruatur.*

7 Contra Doctores, & Rectores Vniuerſitatum, ad quos pertinet conferre gradus, ſi patiantur aliquem promoueri

ad

ad gradus aliter, quam præcipitur in Extrauag. in ſacroſancto Pij IV. & *Nemini reſeruatur*.

8 Contra Gubernatores, Rectores, Præſidentes, & alios Officiales Sedis Apoſtolicæ, qui præſumunt dare licentiã, etiam ad breuiſſimum tempus deferendi, vel retinendi Archibuſetos minores 2. palmis. Hæc excomm. ligat etiam Vicelegatos, & Legatos. Habetur in Extrauag. Cum vices eius, quæ eſt 65. Pij IV. & *Nemini reſeruatur*.

9 Contra Rectores, Præſidentes, & Gubernatores terrarum immediatè ſubiectarum Sedi Apoſtolicæ, qui applicant alteri, quam Cameræ Apoſtolicæ pœnas pecuniarias, & confiſcationes. Habetur in Extrau. Decet. Pij IV. & *Nemini reſeruatur*.

10 Contra eoſdem, & omnes iuſtitiã in terris Eccleſ. adminiſtrantes, qui perturbant, vel impediunt Notarios, qui Officia emerunt, vt ordinatur in Extrauag. Superna, quæ eſt 107. Pij IV. & qui ſeſe ingerunt ad illa Officia, aut alios Notarios intromittunt. Habetur in d. Extrauag. Superna & *Nemini reſeruatur*.

11 Contra Officiales Pœnitentiariæ, qui præſumunt ſe intromittere in expeditionibus, & conceſſionibus prohibitis ab Extrau. in ſublimi, quæ eſt 60. Pij IV.

& Ne-

& *Nemini reſeruatur*.

12 Contra eos, qui exigunt datia, gabellas, pedagia, vectigalia à Religioſis Mendicantibus, & qui eos perturbant, aut moleſtiam eis inferunt, in prædictis toties quoties; & qui exigunt aliquid ab eiſdem pro pontibus, vijs, aquæductibus, muris, mœnibus, alijſque machinis ſtruendis, vel reparandis, ſeu reficiẽdis, ac locorum fortificationibus, aut militum hoſpitijs. Et hæc excommunicatio ligat etiam omnes, qui dictos Religioſos Mendicantes, quo ad omnia eorum bona, & quo ad ſuos colonos, affictuarios, negotiorumque geſtores, non dimittunt exemptos ab omnibus exactionibus, tam vrbanis, quàm ruſticis. Habetur in Extrauag. dum ad vberes, quæ eſt 14. Pij V. *Nemini reſeruatur*.

13 Contra Rectores Eccleſiarum Parochialium, & Religioſos Mendicantes, in partibus Germaniæ exiſtentes, qui pacem inter ipſos factam violant. Vide Extrauag. 2. de tregua, & pace, & Sayr. lib. 3. c. 33. n. 49. & *Nemini reſeruatur*.

14 Contra Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes. vide cap. hãc 10. quæſt. 1. & Graffium lib. 4. ca. 24. n. 10 *Nemini reſeruatur*.

15 Contra Doctores, & Scholaſticos Vniuerſitatis Bononienſis, qui conducunt

domos

domos alterius Doctoris, aut Scholaſtici ſine eins conſenſu, Vide cap.1. de locato & Nauar.cap. 27.num.114. §.4.& *Nemini reſeruatur*.

Aduerte eſſe etiam alias excommunicationes contra particulares ſtatus, præſertim in particularibus conſtitutionibus, & priuilegijs. De-*nique aduerte contra omnes ſtatus, eſſe etiam excommunic. de quibus infra cap.9. & 10.*

CAPVT IX.

CONTINENS

Sexagintaſex excommunicationes, contra omnes, quadraginta reſeruatas Papæ, & vigintiſex nemini reſeruatas.

1 PRima eſt contra percutientes Clericum, vel Monachum, ſuadente Diabolo,id eſt cum peccato mortali. Vide cap.ſi quis ſuadente 17. q.4. & Doctores. Hæc exocmmunicatio, ſi per-

cuſſio

cuſſio ſit leuis, reſeruatur Epiſcopo, ſi grauis, & *Reſeruatur Papæ*.

Procedit primò, etiam ſi Clericus ſit ptima tonſura tantum inſignitus, c. cum contingat, de ætate, & qualitate. Secũdo, etiam ſi Clericus ſit coniugatus, dũmodo cum vnica, ac virgine; atque geſtet habitum, & tonſuram c.1.de cleric. coniug.in 6. Tertiò, etiam ſi Monachus ſtrictè ſumptus non ſit, ſed Religioſus, ideſt tria vota in Religione approbata, emiſerit c. cum illorum de ſentent. excomm. Quartò, etiam ſi fœmina ſit, vt ſupponitur in c.de Monial. de ſent. excom. Quintò, etiam ſi Nouitius, vel Nouitia ſit, cap.Religioſi, §. quamuis de ſent. excom.in 6. Sextò, etiam ſi Conuerſus, vel Conuerſa ſit, c.non dubium, de ſentent. excom.

Extenditur primò ad eos, quorum auctoritate, vel mandato alij percutiũt c. mulieres, de ſent.excom. Secundò, ad ratam habentes percuſſionem, ſuo nomine factam c.cum quis de ſent. excomm. in 6. Tertiò, ad eos, qui cum poſſint, huic facinori deſinunt obuiare c. quantæ de ſent. excom. Quartò, ad detinentes in cuſtodia publica, vel priuata, vel etiam detrudentes in vincula, etiam ſi nulla corporalis læſio fuerit ſubſecuta, c. nuper de ſent. excom. Quintò, ad con-

conſentientes, dando percuſſori auxiliũ conſilium, vel fauorem, vt probant Doctores ex d.c.quantæ, per locum à fortiori. Sextò, ad percutientes illum, qui ſpontè ſe ſubijcit percuſſioni, c. contingit, de ſent.excomm.ipſe tamen Clericus qui ſe tali percuſſioni ſubijcit, non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus ex d. c.contingit; quod ſi percuteret ſe ipſum cum p. m. eſſet excommunicatus, ex Panor.in d.c.contingit num.6. Nauar. cap.27.nu.79.Tolet.lib.1.c.34. nu.7. qui alios citat. & Suarez, diſp. 22. ſect. 1. num. 59.

2 Eſt contra illum, qui excommunicatus à Delegato Papæ per annum manet in excommunicatione; tunc enim excommunicatio ex c. quærenti de offic.deleg. *Reſeruatur Papæ.*

Verum hæc non eſt cenſura à Iure, ſed ab homine delegato à Papa, cui conceditur per annum iuriſdictio in ordine ad ſuæ ſententiæ executionem. Hinc fit, vt intra annum delegatus poſſit abſoluere, non vltra; quia ceſſat eius iuriſdictio, & remanet in delegante, ideſt Papa. Conſequenter hæc excõmunicatio eſt ab homine, non à Iure. Vide Suarez diſp.22. ſect.2.num. 2. Secunda ergo excommunicatio à Iure lata ſit, quæ habetur in cap. dura, §. adijcientes de crimine falſi

con-

contra eos, qui habent literas Apoſtolicas falſas, & intra viginti dies eas non deſtruunt, aut reſignant; hi enim debēt promulgari excommunicati ab Epiſcopo & talis excommunicatio promulgata (vt notat Suárez nu.3.Tolet.lib.1. c.22.in fi. Sayrus lib.3.cap.29.num.3.) *Reſeruatur Papæ*.

3 Eſt contra Incendiarios, ſecundum aliquos Doctores. Alij tamen melius dicunt nullam adhuc excommunicationem de Iure communi latam eſſe contra Incendiarios, ita Caiet.c.22.Nauar.cap.27 num. 94. Tolet.lib.1.cap.35.num.5. Suarez diſp.22.ſect.2.num.15. Sayrus lib. 3. cap.29. num.8. Si tamen excommunicatio lata ſit ab Epiſcopo, & publicata, tunc *Reſeruatur Papæ*.

4 Contra effringentes, & ſpoliantes Eccleſiam; & ante denuntiationem nemini reſeruatur, poſt denuntiationem verò eſt Papalis, vt habetur in cap. conqueſti, de ſent. excom. Vide S. Antonin. 3.par.tit.24.c.12.Sylu.excom.7.num. 16. Caiet.c.21.Nauar. cap.27. num. 94.§. 8. Tol.lib.1.cap.35. num.6. Suarez diſp. 22. ſect.2.num.4 Sayrum lib.3.c.29. nu.13.& *Reſeruatur Papæ*.

5 Contra tres actiones, de quibus in c.quicunque de ſent. excom.in 6. Prima eſt dare licentiam inferendi iniuriam, vel

graua-

grauamen iis, qui ſententiam excommuni cationis, ſuſpenſionis, vel interdicti tulerunt, etiam ſi dans talem licentiam ſit Rex & etiam ſi grauamen inferatur non dictorum Iudicum perſonis, ſed bonis ſuis, vel ſuorum; aut etiam illis, qui occaſio fuerunt latæ ſententiæ, vel renuerunt communicare cum ſic excommunicatis. Secunda, vſus talis licentiæ. Tertia, illatio talis iniuriæ, ſeu grauaminis, propria auctoritate, ſine licentia vlla: quicunque fecerit aliquam ex his actionibus, niſi licentiam datam re integra, reuocauerit, & bona intra 8. dierũ ſpatium reſtituerit, incidit in excomm. quæ poſt duos menſes *Reſeruatur Papæ*. Vide Doctores ſupra citatos

6 Contra eligentes, vel nominantes in Senatorem Romanum perſonas expreſſas in cap. fundamenta de elect. in 6. Vide Doctores citatos, & *Reſeruatur Papa*

7 Contra interdictos, vel excommunicatos, qui moniti à celebrante, vt exeant ab Eccleſia, non exeunt, vt ſupra cap. 7. excom. 1. & *Reſeruatur Papæ*

8 Contra eos, qui fidelium cadauera exenterant, vel concidunt in fruſta, vel elixant, carnesve ex oſſibus ſeparãt, aut prædicta fieri faciunt in locis fideliũ, vt alibi ea ſepeliant, Vide Extrau. Deteſtandæ de ſepult. & Doct. citatos, &

Reſer-

Reſeruatur Papæ.

9 Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid ſimoniacè prò ingreſſu Monaſterij, vt ſupra c.3.excom.4. & *Reſeruatur Papa.*

10 Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid ſimoniacè pro ordine ſuſcipiendo, vel beneficio conſequendo, vt ſupra c. 2. excom. 4. Item, qui committunt ſimoniam confidentialem, vt ſupra, c.2.excom.5. & *Reſeruatur Papa.*

11 Contra omnes præſumentes aſſerere, eſſe hæreſim, vel p.m. dicere Beatã Virginem conceptam ſine peccato originali, vel contra, vt ſupra, c.5, excom.5 & *Reſeruatur Papæ.*

Hic aduerte eſſe etiam alias excommunicationes contra aſſerentes alias propoſitiones damnatas à Sede Apoſtolica, vt contra aſſerentes licitum eſſe abſoluere à peccatis, abſentem, &c. & reſeruatur Papæ. Item contra aſſerentes, habita copia Confeſſarij, non neceſſario præmittendã eſſe confeſſionem communioni, & Nemini reſeruatur.

12 Contra omnes violantes clauſurã Monialium ad malum finem. Vide declaratio-

rationem Decreti ſuper abſolutione a casibus reſeruatis editam anno 1602. & *Reſeruatur Papæ*. vt quibuſdam videtur, alij tamen dicunt eſſe caſum reſeruatum Papæ ſine excommunicatione.

Adde hic primo eſſe excommunicatos à Concil.Trident.ſeſſ.25.c.5.de regularibus, omnes cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, qui ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta ingreſſi fuerint intra ſepta Monaſterij Monialium. ſed hæc excommunicatio Conc.nemini reſeruatur. Adde ſecundò à Pio V.primum in Extrauagan Regularium, deinde à Greg.XIII. in Extrau. Vbi gratiæ, poſtea à Paulo V. anno 1612. die 10. Iulij reuocatas fuiſſe omnes licentias ingrediendi Monaſteria Monialium ſecularibus mulieribus conceſſas, & Gregor. reuocauit etiam conceſſas viris, & fulminauit excom. Papalem, tam contra dictis licentijs vtentes, quam contra perſonas Religioſas eos recipientes. Adde tertiò, contra omnes, tam viros, quam mulieres ingredientes Monaſteria Monialium, etiam cum licentia Ordinariorum extra neceſſitatem, latam eſſe excommunic. Papalem à Gregor. XIII. in dicta Extrau. Vbi Gratiæ: quam ligare non ſolum ingredientes, ſub prætextu licentiæ, ſed etiam ingredien-

tes

tes ſine tali prætextu dicit Nauarr. c.27. num.150. verſ. Adde ſecundò. Qui etiã teſtatur ita ſeruare ſacram Pœnitentiariam.

13 Contra omnes cuiuſcunque gradus, qui, vt literas Apoſtolicas gratis expediant, ſe Cardinalium, aut aliarum perſonarum, ex quarum priuilegijs literæ Apoſtolicæ gratis expediri ſolent, nepotes, germanos, aut familiares continuos, vel commenſales in dictis literis Apoſtol. falſo nominauerint. Vide Extrau. cum ſicut, Innoc. VIII. quæ eſt 7. & *Reſeruatur Papæ*.

14 Contra omnes, qui lapides, ſiue alia ornamenta de Eccleſijs, & locis ſacris ſurrepta habent, aut in ſurripiendo, ſeruando, retinendo, auxilium præſtiterint, vel fauorem, niſi à die habitæ huius excommunicationis notitiæ, ea reſtituant cum effectu. Vide Extrauag. cum prouida, Sixti IV quæ eſt tertia, & *Reſeruatur Papæ*.

15 Contra omnes, qui libros, vel ſcripturas Cameræ Apoſtolicæ ſurripuerint, vel detinuerint, vel ſcientes raptores, ſeu detentores non patefecerint. Vide Extrauag. cum acceperimus, quæ eſt 24. Iulij III. & *Reſeruatur Papæ*.

16 Contra omnes, qui Papatũ ambiũt, vt ſup. c.1. excom. 3. & *Reſeruatur Papæ*.

27 Contra omnes, qui vt Beneficium impetrent, ſe pro alio in examine ſupponunt. Vide Extrauag. Inter cæteras curas, quæ eſt 33. Pauli IV. & & *Reſeruatur Papa.*

18 Contra omnes, qui ex partibus infidelium ad partes fidelium alumina deferunt. Vide Extrauag. Ex Apoſtolicæ ſeruitutis, quæ eſt 43. Pij IV. & *Reſeruatur Papa.*

19 Contra omnes qui literas, vel ſcriptum, cuiuſuis generis, aut nuntium, aut ſignum ad eos, qui in Conclaui sũt. miſerint. Qui item receperint, vel è Conclaui ad eos, qui foris ſunt ſimilia miſerint, vel receperint. Vide Extrau. In eligendis, quæ eſt 81.Pij IV. & *Reſeruaur Papa.*

20 Contra omnes, qui non reuelant Papæ, ſi fuerint in Curia; vel Ordinario loci, vel viciniori Ordinario auctorem, adminiſtratorem, vel conſcium coniurarationis, ſiue conſpirationis commiſſi, committendivè criminis in perſom Card. &c. Vide Extrau. Infelicis ſeculi, quæ eſt 93.Pij V. & *Reſeruatur Papæ.*

21 Contra omnes. qui Chriſtianos habitantes in Terris occupatis à Turcis capiunt, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remigare, cogunt, vel taleam imponunt, vel eorum bona diri-

diripiunt, aut eos liberè cum coniugibus, liberis, & bonis ſuis abire non permittunt. Vide Extrau. Licet omnibus, quæ eſt 56 Pij V. & *Reſeruatur Papæ*.

22 Contra omnes, qui receperint à tertia tantum parte Cardinalium electũ in Papam, ſi ipſe tali ſuæ electioni conſenſerit. & hæc excomm. ſecluſo ſchiſma, non eſt Papalis, vt inquit Caiet. cap. 9. ſed hic ſemper interuenire ſchiſma, dicit Suarez diſp. 23. ſeſſ. 3. num. 2. conſequenter eſt in Bulla Cœnæ, & *Reſeruatur Papæ*.

23 Contra omnes inferiores Epiſcopis, qui etiam ratione ſtatuti, vel priuilegij, vel conſuetudinis, fructus aliquos primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis retinent, vel illorum ceſſionem, aut renuntiationem, vel dulciaria, aut alia quomodocunque petunt, vel exigũt. Vide Extrau. Durum nimis, quæ eſt 106. Pij V. Nau. cap. 27. num. 150. §. 64. Sayr. lib. 3. c. 31. n. 14. Philiarc. de offic. Sacerd. lib. 3. cap. 30. caſu 25. & *Reſeruatur Papæ*

24 Contra omnes ſuadentes tam per ſe, quam per alium Sum. Pont. vt Oppida, & Loca ad Romanam Eccleſ. pertinentia alienet, vel infeudet. Vide Extra. Admonet nos, quæ eſt 35. Pij V. *Reſeruatur Papæ*.

25 Contra omnes, qui pro iuſtitia,

D vel

vel gratia obtinenda apud Sedem Apoſt. promittunt, dant, vel recipiunt aliquid. Item ſcientes, & non reuelantes infra triduum; quin etiam vtentes ſic obtentis; & conſilium, auxilium, vel fauorem in id præſtantes. Vide Extrauag. Ab ipſo Pontificatus noſtri, quæ eſt 28. Gregor. XIII. & *Reſeruatur Papa.*

26 Contra omnes perſonas Epiſcopis inferiores iurantes, aut iurare facientes illicita, impoſſibilia, damnoſa, &c. Eccleſiæ libertati, aut decretis Concil. Tridentini aduerſantia. Vide Extrau. Inter Apoſtolicas quæ eſt 103. Greg. XIII. & *Reſeruatur Papa.*

27 Contra omnes perſonas notorias criminoſas, ſeu diffamatas, quæ per Italiam furantur animalia, blada, & alia quæuis bona; omnes etiam ſeculares, & regulares, quæ ſcienter de eiſdem rebus ſic male acceptis ſecum faciunt quemcunque contractum, emendo, permutando, recipiendo, retinendo. Habetur in Extrauag. Non ſine graui, quæ eſt 100. Gregor. XIII. & *Reſeruntur Papa.*

28 Contra omnes cuiuſcunque gradus, etiam ſi Imperat. aut Card. ſint, qui promiſſiones, ſtipulationes, conuentiones, aut pacta (quæ vulgo ſcommeſſe dicuntur) aut contractum aliquem faciũt ſuper vita, aut morte, aut ſuper futura

creatione Sum. Pont. viuente ipſomet Sum. Pont. vel vacante Sede Apoſt. aut etiam ſuper futura creatione Card. quam etiam ſententiam incurrunt, permittentes huiuſmodi tacitè, vel expreſsè fieri in Terris, Ciuitatibus, Locis, & Dominijs ſuis; vel conſilium, auxilium, aut fauorem in prædictis dantes. Habetur in Extran. Li maluagi, Greg. XIV. quæ eſt edita die 21. Martij 1591. *Reſeruatur PP.*

29 Contra omnes extrahentes delinquentes à ſacris locis, præterquam in caſibus conceſſis per Gregor. XIV. in ſua conſtit. quæ incipit: Cum alias. ac etiam in illis abſque licentia Epiſc. vel Ordinarij loci. Habetur in d. Extr. Cum alias, Greg. XIV. & *Reſeruatur Papæ*. Immo in Bulla Cœnæ, vt quidam volunt.

30 Contra omnes cuiuſcunque ſtatus & præeminentiæ exiſtant, qui Societatis IESV Inſtitutum, conſtitutiones, &c. quouis diſputandi, vel etiam veritatis indagandæ quæſito colore, directè, vel indirectè impugnare, vel eis contradicere audent. Habetur in Extrau. Aſcendente Domino, quæ eſt 100. Greg. XIII. & *Reſeruatur Papæ*.

13 Contra omnes cuiuſcunque ſtatus in duello publico, vel priuato pugnantes, aut aliquid ad id tentantes, prouocantes, & acceptantes, aut locum, ſeu cã-

pum ad pugnam dantes, ſeu concedentes, ac etiam in illo ex compoſito aſtantes, intereſſentes, laceſſentes, comitantes, & comitiuam præſtantes, necnon conſultores adhærentes, & fautores. Item cartas duelli ſcribentes, affigentes, publicantes, ſeu de illo ſe intromittentes, etiam ſi nulla pugna ſit ſecuta. Habetur in Extrauag. Illius vices, quæ eſt Clem. VIII. & ante eum ſimilia ſtatuit Pius IV. Gregorius XIII. & Concil. Triden. & *Reſeruntur Papæ.*

32 Contra omnes extrahentes frumẽta, blada, legumina, & oleum, & extrahi facientes ex ſtatu Eccleſiaſt. Vide Extrauag. Pauli V. Inter grauiſſimas curas. ex conſuetudine (vt quibuſdam videtur) *Reſeruatur Papæ.*

33 Contra omnes, qui Cardinalium, & aliorum, qui in Conclaui ſunt, vel ipſius etiam electi Pontificis domos, res, bonaque illorum violenter inuaſerint, receperint, occupauerint, & aſportauerint. Habetur in Conc. Conſtan. ſeſſ. 41. c. omnis ætas, & *Reſeruatur Papæ.*

34 Contra omnes, qui in proprios vſus conuertunt per vim, vel ſuppoſitas perſonas bona Eccleſiæ. Habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 11. & *Reſeruatur Papæ.*

35 Contra omnes, qui per vim, metum,

tum, fraudem, aliam vè artem bona, fru-
ctus; aut iura Eccleſiarum, locorum vè
piorum occupant. Clerici item, qui ne-
fandæ huius fraudis, & vſurpationis fa-
bricatores, eidem vè conſentientes fue-
rint. Habetur in Conc. Trident. ſeſſ.22.
c.11.de Reform. & *Reſeruatur Papæ.*

36 Contra omnes, qui non permittũt
Chriſtianos captiuos apud Turcas, poſt-
quam illos ceperint, liberè abire cum ſuis
liberis, coniugibus, & bonis. Vide Ex-
trauag. Licet, quæ eſt 56. Pij V. & *Re-
ſeruatur Papæ.*

37 Contra omnes, qui impediunt,
prohibent, vel moleſtant perſonas non
impeditas, volentes ingredi Religionem
S. Benedicti. Habetur in Bulla illi Reli-
gioni conceſſa, quæ incipit, Et ſi ad vni-
uerſas, de qua Viualdus de excomm.
num.45. excom. quadrageſimaquinta, &
Reſeruatur Papæ.

Similis excom. eſt contra omnes, qui
Ordini Prædicat. aut Minorum inferunt
iniuriam in quinque caſibus, de quibus
S. Ant. p 3.tit.24.c.70.Caiet. V. excom.
c.81. & alij. Primus eſt libellos famo-
ſos, cantilenas, vel rythmos edere, vel
retinere, vel publicare in infamiam, &
detractionem Ord. Secundus eſt dicere,
& defendere, quod ordo illorum non
ſit in ſtatu perfectionis, & quod non li-

ceat eis de eleemoſynis viuere, prædicare, confeſſiones audire de licentia Papæ, aliorum Ordinariorum conſenſu minimè requiſito. Tertius eſt exercere violentiam in locis illorum, impedire, ne poſſint in ſuis Eccleſijs celebrare, recipere eleemoſynas, vel prædicare. Quartus eſt ab Vniuerſitate Pariſienſi eos eijcere. Quintus eſt retinere Apoſtat. Ord. Prædicat. Excommunicati ſunt etiam qui retinent Minores à ſuo Ordin. ſine licentia recedentes, vt patet ex priuilegio cõceſſo Minorib. ab Innocen. IV. Et quod diximus de Ord. S. Bened. & Prædic. & Minorum, dicendũ eſt de alijs Ordinib. quibus communicata ſunt eorũ priuilegia.

38 Contra omnes, qui ad Sepulchrũ Domini accedunt abſque licentia Papæ. Vide S. Antonin. ſua Summa, p. 3. tit. 24. c. 30. in fine, vbi dicit hanc excom. reſeruari PP. vel ſummo Pœnitentiar. Vide etiam Suar. d. 22. ſeſſ. 6. nu. 9.

39 Contra omnes communicantes ſcienter in crimine criminoſo cum excommunicatis, quorum excommunicatio ſi nemini reſeruatur, etiam hæc excommunicatio nemini reſeruatur; ſi reſeruatur Epiſcopo, etiam hæc reſeruatur Epiſcopo: ſi denique reſeruatur Papæ, etiam hæc (vt dicitur in cap. nuper, §. in 2. verò q. de ſent. excom.) *Reſeruatur*

tur Papa. Vide Nauarr. c. 27. nu.112. & Suar.d.22.ſect.2.n.22.Tol.lib.1.c.13.n.1.

40 Contra omnes, qui ob mortis periculum, vel aliud impedimentum legitimum abſoluti ab excommunicatione, reſeruata, ceſſante periculo, ſeu impedimento contemnunt, quam citò commodè poſſunt, ſe præſentare illi, cui excommunicatio reſeruatur. Qui ſi fuerint abſoluti ab excommunicatione reſeruata Epiſcopo, hæc excommunicatio etiam reſeruatur Epiſc. Si verò fuerint abſoluti ab excom. Papali, hæc etiã excommunicatio (vt habetur in c. eos qui. de ſent. excomm.in 6.de quo vide Caiet. c.69. Nauar.c.27.num.46.& 113. Tolet. lib.1.c.15. num.2. Suarez.diſp.22. ſeſſ. 3. num.9.) *Reſeruatur Papa.*

Eadem excom. Papalis in eod. cap.eos qui. fertur contra eos, qui abſoluti à Sede Apoſt. vel eius Legatis, cum obligatione ſe præſentandi Ordinarijs ſuis, vel quibuſcunque, vt ab eis pœnitentiã ſuſcipiant, & ijs quibus debent ſatisfactionem exhibeant competentem, hoc,cũ primum potuerunt, non curarunt adimplere. Vide Doctores citat.

41 Eſt contra omnes, qui per ſe, vel per alios præſumpſerint vexare aliquam perſonam Eccleſ. vel eius conſanguineos vel ipſas Eccleſ. aut alia loca pia ſpolian

do, ſeu alias iniuſtè perſequendo, eo quod noluerit eligere eum, pro quo rogabatur. Habetur in cap. ſciant cuncti, de elect. in 6. Vide Sylu. excom. 9 nu. 38 caſu 13. Tol. lib. 1. cap. 38. num. 4. Suarez diſp. 23. ſect. 4. num. 3. Caiet. cap. 34. Nauar. c. 27. nu. 123. Sayr. lib. 3. c. 34. num. 7. & *Nemini reſeruatur*.

42 Contra omnes, qui in locis pijs titulum defenſionis, aut ſimilem de nouo vſurpare conantes iura ad talia loca pertinentia, aut eorum bona, quando talia loca vacant, occupare præſumunt. Et acceſſoriè fertur hæc excom. contra perſonas dictorum locorum piorum, quæ prædicta fieri procurant. Habetur in c. generali de elect. in 6. Vide Doctores citat. & *Nemini reſeruatur*.

43 Contra omnes, qui clam loquuntur Card. dum ſunt in Conclaui ad eligen. Papam. Habetur in c. vbi periculũ, de elect. in 6. Vide Doct. cit. & Extrau. 81 Pij IV. de qua ſupra diximus, excom. 19. & *Nemini reſeruatur*.

44 Contra omnes, qui vocati, vt interſint electioni Monial. aliquid faciunt, ex quo poteſt oriri, vel nutriri diſcordia inter ipſas Moniales ſuper huiuſmodi elect. Habetur in c. indemnitatibus, §. poſtremò, de elect. in 6. Vide Doctor. citat. *Nemini reſeruatur*.

45 Con-

45 Contra omnes, qui cum ſint partes in iudicio, incitant Conſeruatorem ad procedendum in ijs, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & quæ requirunt altiorem indaginem. Habetur in c.fin.de offic. deleg. Vide Doct. citat. & *Nemini reſeruatur.*

46 Contra omnes, qui vi, aut metu extorquent abſolutionem, vel reuocationem excom. ſuſpenſio. vel interdicti. Habetur in c. vnico, de ijs, quæ vi, met. cauſ. fiunt in 6. Vide Doct. citatos, & *Nemini reſeruatur.*

47 Contra omnes, qui fingunt caſum, vel fraudem aliquam faciunt, vt Iudex ipſe perſonaliter eat ad mulierem, eius teſtimonium per ſe ipſum accepturus. Habetur in c. mulieres, de iud. in 6. Vide Doctor. citat. & *Nemini reſeruatur.*

48 Contra compellentes perſonas Eccleſiaſt. ad ſubmittẽdum eis iura Eccleſ. in caſib. iure prohibitis; & qui aliquid Eccleſiæ habentes per contractum licitum, vſurpant ſibi plus, quam permiſſum eſt ex tali contractu, ſi admoniti non deſiſtant. Vide c.2.de rebus Eccleſ. non alien.in 6.& Doct. & *Nemini reſeruatur.*

49 Contra præſumentes ſepelire hæretic. vel eis credentes, aut eorum receptores, defenſores, fautores, in loco ſacro, & non debent hi abſolui, donec

ſuis proprijs manibus corpus extraxerint è ſepultura, & eiecerint foras. Vide c.1. de hæret. in 6. & Doct. citatos, & *Nemini reſeruatur*.

50 Contra legentes, tenentes vè libros hæreticorum. ſed hæc excom. coniunctim cum prima excomm. Bullæ Cœnæ, tractatur à Doctorib. ſicut, & aliæ quædam, cum alijs excom. eiuſdem Bullæ, & *Nemini reſeruatur*.

51 Contra ſepelientes aliquem in loco interd. & contra ſepelientes interdictos nominatim, excom. publicos, vel vſurar. manifeſtos, Clem. 1. de ſep. *Nemini reſeruatur*.

52 Contra præſumentes impedire Viſitat. Monial. in eo, quod ſtatuitur in Clem. attendentes, de ſtatu Monac. Vide hanc Clem. & *Nemini reſeruatur*.

53 Contra ſcienter contrahentes de facto Matrim. in gradib. prohibitis, vt ſupra diximus cap.2.excomm.12. & *Nemini reſeruatur*.

54 Contra eos, qui commentantur Clem. exiui, de Paradiſo, de verb. ſign. Vide S, Anton.3.par.tit.24 c.69. & ſimilis excomm. eſt contra eos, qui comment. Concil. Trid. Vide Extr. Pij IV. 96. quæ incipit, Benedictus Deus, & Say. lib. 3. c.35.num.21. & *Nemini reſeruatur*.

55 Contra eos, qui impugnant litteras,

ras electi Papæ, antequam coronetur. Habetur in Extrauag. fin.de ſent. excom. inter communes. Et ratio huius Extrau. eſt, quia Papa cum primum eligitur, confirmatur à Deo, & eandem habet auctoritatem, quam habet, poſtquam eſt coro natus, vt dicitur in c. in nomine diſt. 23. & *Nemini reſeruatur*.

56 Contra imprimentes, vel imprimi facientes, vendentes, aut apud ſe retinentes libros de rebus ſacris ſine nomine auctoris, & ſine examine, & approbatione prius ab Ordinario factis. Item contra euulgantes, aut communicantes eos ſcripto. Habetur in Conc. Trid.ſeſſ.4 de hac excom.Vide Suarez diſp.23.ſect.7 in princ. & *Nemini reſeruatur*.

57 Contra prædicantes, docentes, vel pertinaciter aſſerentes non eſſe neceſſariam ſacerdotalem confeſſionem mortalium ante communionem, vt diximus ſupra in hoc c. excom. 11. Habetur in Conc. Trid. ſeſſ 13. can.11. Vide Suarez tom.3. diſp.66.ſect. 3. *Nemini reſeruatur*.

58 Contra raptores mulierum, & dantes eis auxilium, conſilium, fauoré. Habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. Vide Sanchez lib. 7. diſ. 13. & *Nemini reſeruatur*.

59 Contra omnes, qui in ſequeſtratione facta per Ordinar. loci de benefi-

cio Eccleſ. per triennium integrum pacificè poſſeſſo ſent. definitiuam contra poſſeſſorem apud Sed. Apoſtol. duntaxat promulgatam impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquomodo occupare præſumunt. Atque hi non poſſunt abſolui, niſi prius vſurpata reſtituant, & remoueant imped. tunc verò hæc excom. *Nemini reſeruatur*. Vide Clem. 9. de ſequ. poſſ. & fruct. Suarez diſp. 23 ſec. 5. nu. 1. Sayr. lib. 3. cap. 35. num. 7. Tolet. lib. 1. cap. 39. num. 1.

60 Contra cogentes aliquam mulierē inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingredien. Monaſt. vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Relig. vel ad emittendam profeſſ. & contra eos, qui id conſil vel aliter adiuuant. Habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 25. c 18. de reg. vide declar. Graff. lib. 4 c. 24. num 7. & *Nemini reſeruatur*.

61 Contra eos, qui S. Virginum, vel aliam mulier. voluntatem veli accipiendi vel voti emittendi, ſine iuſta cauſa impediunt. Habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de regul & *Nemini reſeruatur*.

62 Contra pingentes, vel pingi facientes, aut venales habentes Agnus Dei. vide Extrauag. Omni certè ſtudio, quæ eſt 2. Greg. XIII. & Sayrum lib. 3. cap. 35. num. 23. & *Nemini reſeruatur*.

63 Con-

63 Contra omnes, qui vindictæ ſtudio aliquem offenderint in Vrbe, vel ibi arma ad hoc, aut armatos congregauerit. Et contra faut. vide Extrau. 93. Pij V. quæ incipit, Infel. & Graff. lib. 4. c. 22. nu. 22. & *Nemini reſeruatur.*

64 Contra eos, qui cum ſint pars, incitant Conſeruatores, vt excedant fines mandati. Atque hos ab excom. abſolui non poſſe, donec ſatisfaciant, expreſsè habetur in c. fin. de off. deleg. in 6. cum verò ſatisfecerint. *Nemini reſeruatur.*

65 Contra omnes, qui impediunt Iudic. Eccleſ. quo minus ſua iuriſdict. vtantur. Habetur in c. quoniam, de immun. Eccleſ. in 6. Hæc excomm. (ex Suar. d. 21 ſ. 2. num. 91.) ſi impediantur Iudic. Eccl. Ordinarij eſt reſeruat. Papæ in Bulla Cœnæ, §. 16. ſi verò impediantur Iudic. Eccleſiaſt. delegati *Nemini reſeruatur.*

66 Contra eos, qui occidunt, verberant, deijciunt, perterrefaciunt Inquiſitor. Aduocat. Procuratores, Notarios, alium vè Miniſtrum S. Officij, ſeu accuſatorem, denuntiatorem, aut Teſtem in cauſa fidei, quomodocunque productis, & alios multos, de quibus in Extrau. Si de protegendis, quæ eſt 83. Pij V. in qua nulla ſit mentio reſeruationis, ſed ſi iſti fauent hæreticis, incidunt in Bullam Cœnæ. ſi percutiunt Clericum, Mona-

cum

cum vè, reſeruatur Papæ, iuxta ſuprad. in prima excommun. huius capitis; alias *Nemini reſeruatur*.

Aduerte, alias etiam excommun. reperiri, vt contra recipientes Bannitos excommunic. fulminarunt Pius II. Iulius II. Pius V. & Greg. XIII. Sed hanc excomm. ne animarum perniciem potius, quam ſalutem afferret, penitus ſuſtulit, & abrogauit Sixtus V. in conſtit. ſua 6. quæ incipit Hoc noſtri, edita ann. 1585. Et refertur etiam à Sayr. lib. 3. c. 31. num. 17. Poſtea tamen ann. 1589. idem Sixt. V. edidit aliam conſtit. in qua tulit excom. Papalem contra perſonas omnes Eccleſiaſticas tam ſeculares, quam Regulares, quæ in Regno Neapolitano Bannitos, viarum graſſatores receperint, vt diximus ſupra cap. 8. excommun. 4. Quare hæc excommunic. quatenus erat contra omnes receptores Bannitorum eſt reuocata. Sic excommun. contra Salem ex ditione Eccleſiaſt. extrahentes, & multæ aliæ excommunic. olim

olim latæ fuerunt. quæ nunc ſunt reuocatæ, & ideò in hoc Catal. ſunt omiſſæ; ſicut & quæ dicuntur latæ à Io. XXII. quæ (inquit Cai. V. excommunic. in fin.) non poſſunt eſſe vtentium conſenſu firmatæ, ex quo, vt ignotæ, aut incertæ fuerunt, & ſunt. Quædam etiam excommun. ſunt ſolum ſententiæ ferendæ, licet ab aliquibus Doctoribus referantur tanquam ſententiæ latæ, vt excommunic. cap. 1. de homicid. in 6. ſicut intelligi poteſt ex illis verbis textus, poſtquam probabilibus: & notat Suarez lib. 5. de legibus cap. 8. num. 15. & alia.

CAPVT X.

CONTINENS

Excom: Epiſcopales.

1 PRima eſt contra communicantes in crimine crimino‑ſo cum innodato excomm. reſeruata Epiſc. vt diximus ſupra cap. 9. excomm. 39. *Reſeruatur Epiſcopo.*

2 Contra abſolutum ob mortis periculum ab excomm. reſeruata Epiſcopo qui ceſſante periculo, contemnit ſe præſentare ipſi Epiſcop Hic enim, vt diximus in d. c. 9. excomm. 40. incidit in excomm. quæ eidem *Reſeruatur Epiſcopo.*

3 Contra leuiter percutientem cleric. vt diximus in d. c. 9. excom. 1. *Reſeruatur Epiſcopo.*

4 Eſt omnis illa excomm. quæ eſt reſeruata Sedi Apoſt. ſed excomm. eam ob iuſtum impedimentum nequit adire; tunc enim (vt ait Nauar. cap. 27. nu. 89. & 90. §. ad quartam) ſi poteſt, debet adire legatum, vel alium legati ad id priuilegio munitum: ſi non poteſt, *Reſeruatur Epiſcopo.*

5 Eſt omnis illa excom. quam Epiſcopus

pus per ſuum ſtatutum tulit; & per idem ſtatutum *Reſeruatur Epiſc.*

6 Contra Fratres Minores, qui tempore Interdicti admiſerunt in ſuis Eccleſijs ad audienda diuina officia fratres Tertij Ordinis; ſed ſatisfecerunt, vt diximus, c. 3. excom. 12.

7 Contra omnes abortum fœtus animati cauſantes. hæc excom. fuit reſeruata PP. à Sixto V. ſed poſtea Gregor. XIV. conceſſit Epiſc. & Ordinarijs locorum, vt per ſe, & per quoſuis Confeſſores ad hoc ipecialiter à ſe deputatos, poſſint ab hac excom. abſoluere. Vide Sayrũ lib. 3. cap. 35. num. 24. & ſequent.

B O N O N I AE.

In prima Synodo Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Ludouiſij anno 1613. *lata eſt excommunicatio reſeruata ipſi Archiepiſc. contra eos, qui Clericis patrimon. fecerunt fictè, vel ita, vt eis Clerici promiſerint, quod nunquam tale patrimonium petent. Vide dictã* Synodum *cap. 6.*

Præterea idem Illuſtriſſimus Archiepi-

chiepiſcopus tulit ſimilem excommunic. contra eos, qui Confeſſiones audierint; cum non ſint ab ipſo approbati. Vide annotat. ad caſus reſeruatos, editos ab eodem an. 1615.

CA-

CATALOGVS

Suſpenſionum omnium latæ ſententiæ à Iure communi.

AD LECTOREM.

TVrpe eſt, vt quidam dixit, ciuem Romanum ignorare leges Romanas; ita ſane & multo magis turpe erit, Virum Eccleſiaſticum ignorare leges Eccleſiaſticorum proprias, quarum præcipuæ ſunt, quæ habent annexam ſuſpenſionem. Neque ſolum turpis eſt hæc ignorantia, ſed etiam pernitioſa Eccleſiaſticis omnibus, ſed præſertim ipſorum Confeſſarijs. Quamuis enim à peccatis abſolui poſſit, qui remanet ſuſpenſionis vinculo ligatus; tamen abſtinere debet ab ijs, quæ illi, dum manet ſuſpenſus, prohibita ſunt. At

quo-

quomodo abſtinere poterit, ſi Suſpenſiones ignoret tum ipſe, qui eſt ſuſpenſus, tum etiam ipſius Confeſſarius? Hinc multi DD. qui in Catalogo excommunicationum citati ſunt, Suſpenſiones in corpore iuris Canonici, & in alijs Eccleſiæ decretis diſperſas in vnum colligere ſtuduerunt; Hunc tamen ſuſpenſionū Catalogum edere non fuit inutile, tum ob eaſdem cauſas, ob quas editus eſt Excommunicationum Catalogus; tum etiam vt ſatisfieret multis, qui viſo illo Catalogo ſimilem ſuſpenſionum collectionem fieri exoptarunt. Erit autem huius Catalogi ordo idem fere, qui fuit Catalogi excommunicatiouum.

Ex multis vero, quæ de omnibus ſuſpenſionibus prænotari poſſent, duo præcipue videntur aduertenda: vnum eſt ſuſpenſionem tam totalem, quæ videlicet eſt ab officio, & beneficio, quam partialem, quæ videlicet eſt, vel à ſolo beneficio, vel à ſolo officio iuriſdictionis, vel à ſolo officio Ordinum omnium, aut ali-

quorum, aut alicuius; non ſemper à iure, & ab homine ferri ob præſentem contumaciam, vt ſemper fertur excom. Sed ſæpe ferri etiam ob delictum omnino præteritum, & interdum etiam ferri ob culpam alterius, ita vt ſuſpenſio aliqua ſit in hoc ſimilis Interdicto, vt videlicet ſine vlla propria culpa incurratur. ita docet S. Thomas in 4.d.18.q.2.art.3 quæstiunc.2.add.2. his verbis. Etiam aliquis ſine peccato proprio ſuſpenditur, ſicut & totum Regnum ſupponitur interdicto pro peccatis Regis, &c. & patet ex cap. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiauit epiſcopatui, & alijs ſimilibus iuribus, quibus ſuſpenditur ordinatus in iniuriam ordinantis. Vide Couarr. in c. alma p.1.§.6.nu.6. Suarez. d. 31. de cenſuris ſ.1.nu.12. & nu.25. & num.62. Alterum, eſt ſuſpenſionem nullam tolli poſſe à ſimplici Cõfeſſario, vel Parocho ſine priuilegio, vel facultate ſibi commiſſa à Papa, ſi ſuſpenſio Papæ reſeruetur, vel ab Epiſcopo, aut eius Vicario, vt do-

cent

cent DD. communiter. Quando autem Confeſſario erit commiſſa facultas abſoluendi aliquem à ſuſpenſione quamuis nulla verba ſint præcipue determinata, vti poterit hac formula Authoritate mihi ab N. tradita Ego abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam propter *tale factum, vel cauſam* incurriſti, *ſeu incurriſſe declaratus es*, In nomine Patris, ✝ & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *ita habetur in Rituali nouo Pauli Quinti.*

✝

CA-

CAPVT I.

CONTINENS

Vigintiquinque Suſpenſiones, quas incurrunt Epiſcopi in ſua Conſecratione in Ordinum collatione, &c.

PRima eſt contra Epiſcopum (quo nomine intelliguntur etiã Epiſcopo maiores omnes, excepto Papa, iuxta cap. Cleros, §. ordo Epiſcopor. d. 21.) qui ſit conſecratus ab excommunicatis, ſuſpenſis, vel interdictis non toleratis, vide c. 1. & 2. de ſchiſm. c. gratia 1 q. 1. & alia Iura, quæ vniuerſaliter docent neminẽ dare, quod non habet. Cum ergo prædicti non tolerati careant Ordinum ſuorum executione, eam alijs dare non poſſunt. Quare hæc prima ſuſpenſio eſt ab Ordine Epiſcopali, ſeu à Pontificalibus, eaque ligari, etiam Epiſcopum ignorantia probabili laborantem docent Maiolus lib. 4. c. 22. & Suarez d 31. de cenſuris ſ. 1. n. 65 atque ex eodem Maiolo, & alijs *Reſeruatur Papæ*. Intellige, ſi hic Epiſcopus Papæ immediate ſubijciatur: ſi enim

alium

alium ſuperiorem in ſimilibus actibus recognoſceret, ab illo hæc ſuſpenſio tolli poſſent, ſicut & ſequentes, quæ ſoli Papæ non reſeruantur.

2 Contra Fratres ordinis Prædicatorum promotos ad Epiſcopatum, vel alias prælaturas, ſi recipiant Conſecrationem antequam reſignent Ordini libros, & alia quæ habent tempore promotionis. Habetur in quodam priuilegio Clem. 4. quod refert S. Antonin. 3.p. tit. 27. de ſuſpenſione cap. 4. col. 6. & eſt ſuſpenſio à Pontificalibus, atque *Reſeruatur Papa*.

3 Contra Epiſcopum etiam cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercentem ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, aut cum prædicta licentia exercentem in alias perſonas præter ipſi Ordinario ſubiectas. Habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. & explicatur à Tolet. lib. 1. cap. 48. & eſt ſuſpenſio à Pontificalibus, atque *Reſeruatur Papa.*

4 Contra Epiſcopos titulares etiam in loco nullius Diœceſis, ſeu exempto conferentes ordines, vel primam tonſuram alicui non habenti litteras dimiſſorias, etiamſi tales Epiſcopi haberent priuilegium promouendi quoſcumque ad ſe accedentes. Habetur in eodem Conc. ſeſſ. 14. cap. 2. & eſt ſuſpenſio per an-

num

num á Pontificalibus, atque *Reſeruatur Papæ*.

5 Contra Epiſcopum Ordinantem etiam in propria Diœceſi non proprium ſubditum, licet is accedat cum litteris dimiſſorijs, vel pretextu alicuius generalis, vel ſpecialis reſcripti, vel priuilegij, ſi careat teſtimonio ſui Ordinarij, quo eius probitas, ác mores commendentur. Habetur in eod. Conc. Tríd. ſeſſ. 23 c. 8. & explicatur á Suarez d. 31. ſeſſ. 5. num. 6. Sayro lib. 4. c. 12. num. 13. Tol. 1. p. c. 48. num. 4. & eſt ſuſpenſio á collatione ordinum per annum, atque *Reſeruatur Papæ*.

6 Contra Epiſcopum conferentem primam tonſuram illiterato, vel infanti, niſi forte Religionem intraret; vel coniugato niſi vellet Religionem ingredi matrimonio non conſumato, vel niſi vellet ad ſacros ordines promoueri, pro vt canones concedunt. Habetur in c. fin. de temp. ord. nu. 6. & eſt ſuſpenſio per annum à collatione primæ tonſuræ, & explicatur à Sayro lib. 4. cap. 12. num. 18. & alijs ab eo citatis, & Suar. d. 31. ſeſſ. 5. n. 1. & ſeqq. *Reſeruatur Papæ.*

7 Contr Epiſcopum conferentem alicui electo in Epiſcopum Confirmationē, & conſecrationem Epiſcopalem poſtquã ad Sedem Apoſtolicam appellatum eſt,

etiam ſi partes ab appellatione voluntarie receſſerint niſi prius facta diligentia ſibi conſtiterit nullam fraudem, vel prauitatem in tali negotio interceſſiſſe. Habetur in c. prouida de elect. in 6.& probabile eſt ad hanc ſuſpenſionem incurrendam confirmationem, & conſecrationem copulatiue requiri ex Suarez d.31.ſeſſ.5. num.8. in fine, & eſt à Confirmatione, & conſecratione Epiſcoporum per annū, atque *Reſeruatur Papæ*.

8 Contra Epiſcopum conferentem duos Ordines ſacros eodem die, vel duobus diebus continuato ieiunio. Habetur in c. litteras, de tempor. ord. & eſt ſuſpenſio ab amborum Ordinum collatione *& Reſeruatur tantum Papæ, vel alicui ex 4. Patriarchis*, & omnia priuilegia etiam Regularium quo ad duos Ordines ſacros eodem die conferendos ſublata ſunt a Conc. Trid. ſ.23. c.15. vide DD. citatos.

9 Contra Epiſcopum ordinantem aliquem cum pacto, quod ab ordinato non moleſtabitur quoad alimenta ſi beneficio & patrimonio ſufficienti careat, eſt ſuſpenſio á collatione ordinum quorumque per triennium ca. penult. de ſimonia: ſed Sixtus V. in bulla, quæ incipit ſanctum, & ſalutare, & hunc, & quemcumque alium ordinantem, vel etiam ſolam primam tonſuram conferentem ſimoniaee

acce-

accepta pecunia, prætio, vel præmio ſuſpendit etiam à Pontificalibus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdicit, neq; hæc bulla. Sexti quoad hoc à Clem. 8. fuit reuocata, vt notat Sayrus lib. 4. c. 12. n. 32. in fine, & talis ſuſpenſio *Reſeruatur ſoli Papæ*.

10 Contra Epiſcopum, qui non diligenter examinauerit, quando quis electus fuerit ad regimen animarum, & electionis proceſſum, & perſonam electi. Habetur in c. nihil, de elect. & eſt ſuſpẽſio poteſtatis confirmandi primum eius ſucceſſorem, & etiam á beneficio, vt notat Ang. ſuſp. p. num. 7. Sayrus lib. 4 c. 12. nu. 35. atque *Reſeruatur Papæ*.

11 Contra Epiſcop. & alios prælatos qui bona immobilia Eccleſiarum ſibi cõmiſſarum Laicis ſubijciunt, ſine conſenſu capituli & ſpecialil licentia Sedis Apoſtolicæ *niſi* modo, & in caſibus á iure, permiſſis. Habet. in ca. hoc conſultiſſimo, de rebus Eccleſ. non alien in 6. & eſt ſuſpenſio ab Officio ſimpliciter, & à beneficio non ſimpliciter, ſed quo ad adminiſtrationem rerum temporalium Eccleſiæ grauatæ, vt notat Suárez d. 31. ſeſſ. 5, nu 9 atque ſi iſti ſuperiorem aliũ in his non habeant, *Reſeruatur Papa*.

12 Epiſcopum, & alios Prælatos, qui ſibi vſurpant ſine iuſto titulo bona Digni-

tatum, Perſonatuum, Prioratuum, vel quarumcumque Eccleſiarum vacantium, & ad ipſorum curam, ſeu prouiſionem pertinentium: atque in interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, in quod ſtatim incidunt per ſex menſes obdurato animo perſeuerauerint. Habetur in cap.exigit de.cenſibus in 6, explicatur à Suarez d.31.ſeſſ.5. num. 11. & Sayro lib.4.c.11. num.37. & eſt ſuſpenſio ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus; atque, ſi iſti immediate ſubijciantur Papæ, *Reſeruatur Papæ.*

13 Epiſcopum Commiſſarium, vel delegatum in cauſa alienationis rerum Eccleſiaſticarum, ſi per gratiam, timorem, aut ſordes in detrimentum Eccleſiæ vtatur poteſtate ſibi commiſſa. Habetur in Extrauag 2.Pauli 2. & ponitur á Suarez d.22.ſeſſ.6.nu.3.& d. 31.ſeſſ.5. nu.12. & eſt ſuſpenſio per annum ab executione officij, atque *Reſeruatur Papæ.*

14 Epiſcopum, & quoſcumque alios Beneficiorum collatores ſiue ſint ſingulares perſonæ, ſiue capitula, ſi admittant reſignationes beneficiorum contra formam præſcriptam in bulla 58. Pij V. quæ incipit. Quanta, quæ explicatur á Sayro lib 4.c.12. nu.55. & eſt ſuſpenſio à collatione, vel inſtitutione benefic. atque ſi collator ſit immediate ſubiectus Papæ,

Reſer-

Reſeruatur Papæ.

15 Epiſcopum, qui domos ſuas locat, vel ſub alio titulo concedit ad vſuram exercendam alienigenis, vel etiam ſi eos in terris ſuis habitare permittat. Habetur in c.1.de vſuris in 6.ponitur ab Ang. ſuſpenſio p.caſu 22.Syl. q. 6.caſ. 22.Tab. num.7.verſ. ſexto caſu 22. explicatur ab Henriquez l.13.c.38.§.3.caſu.5.Sayrol.4 c.12.num.48. Suarez d 31. ſeſſ.5.num.13. & eſt ſuſpenſio ſimpl. 1.ab officio & beſicio ſimul ex Sayro, & Suar. Atque ſi Epiſcopus immediate ſubiJciatnr Papæ *Reſeruatur Papæ.*

16 Epiſcopum qui Odij, gratiæ, vel amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iuſtit am. & conſcientiã ſuam omiſerit contra quemque procedere, vbi fuerit procedendnm ſuper hereſim; aut obtentu eodem hereſim,, vel impedimentum S. Officij alicui impoſuerit. Habetur in Clem. 1.§. verum de hereticis, ponitur ab Ang. ſuſpenſio 1. caſu 35.Tabie.nu 7.verſ.6.caſu 33.Nau. c. 27. num.100.Suar.d.35,ſeſſ 5. num.16. Sayr. lib.4.cap.13. num.50. & eſt ſuſpenſio ab Officio per triennium. Arque ſi Epiſcopus immediate ſubiJciatur Papæ, *Reſeruatur Papæ*

17 Epiſcopum, & alios prælatos, qui procurant, vt Clerici capiantur à Do-

minis temporalibus, vt beneficia renunṫient, vel vt citati ad Apoſtolicam Sedē ire non poſſint. Habetur in Clem.2.de pœnis & comprehendere Epiſcopos docent, Gloſſa & Pan. ibidem & Suar. d. ſ. 5. nu.17. & eſt ſuſpenſio per triennium à percept. fructuum ſuatum Eccleſiarum, atque ſi iſti ſubditi ſint immediati Papæ, *Reſeruatur Papæ.*

18 Epiſcopum, & Regularium prælatos, qui ab Apoſtolica Sede confirmationem recipiunt aut ab ea promouentur ſi abſque litteris authenticis eiuſdem ſedis adminiſtrationem ſuarum Eccleſiarū recipiant. Habetur in extrau.p.de eiect. inter communes, quamuis enim ibi non habeatur nomen ſuſpenſionis, res tamen ipſa habetur, vt notat Suarez d.31.ſect.5 nu.23.& eſt ſuſp.ab adminiſtratione fructuum earundem Eccleſiarum, atque ſi iſti ſint immediate ſubditi Papæ, *Reſeruatur Papæ.*

19 Contra Epiſcopum relaxantem incendiarijs pœnam contentam in cap.peſſimam 23.q.8.eſt ſuſp.& Sayro lib.4.c.12 nu.44. atque *Reſeruatur Papæ.*

20 Contra Epiſcopum concubinariū qui à Synodo admonitus ſe non emendauerit. Habetur in Conc.Trid.ſeſſ.25.c.14 de reform. in fine & eſt ſuſpenſio totalis, & explicatur ab Auila 3.p. diſp.2.conc.2.

& à

& à Suarez d. 31. ſect. 5. num.24. atque *Reſeruatur Papæ* .

21 Contra Epiſcop. qui non ſeruat extrau. 2. de elect. Io.22. quo ad perceptionem fructuum primi, vel 2. anni ſui Epiſcopatus eo modo, qui ibi ſtatuitur: habetur in d. extrau. & notatur à Suarez d.31.ſect.5.num.22. & eſt ſuſp. à Pontificalibus, ſed facta integra reſtitutione, ceſſat, abſque alia abſolutione ſicut aliæ ſimiles ſuſp. & etiam illæ, quæ ad certũ feruntur tempus, vt docent S. Antonin. Ang.Syl.quos citat & ſequitur Auila 3.p. eiſp.6.dub.p.conc. p. & eſſe comm. ſent. teſtatur Nau. c.27 n.161. in fine.

22 Contra Epiſcopum, ordinantem ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij aliquem ex Religioſis, ſeu Canonicis, vel Clericis, qui intra clauſtra, more Religioſorum viuunt nondum profeſſis: & eſt ſuſpenſio à præſtatione talium ordinum per annum. Habetur in Bulla Pij V. quæ incipit Romanus Pontifex ſed excipiuntur Ieſuitæ per bullam Greg. 13. quæ incipit ex ſedis Apoſtolicæ, vide Nau. c.27.nu.158.Hieronymum Sorbum in compendio priuilegiorum Minorum V.ordines ſacri in fine & Saxrum lib.4.c.12.nu.21. deſinit hæc ſuſp. finito anno abſque alia abſolutione, vt ſupra dixi.

23 Contra Epiſcopos, & etiam Cardinales, qui publicant vel concedunt populo Indicem caſuum, gratiarum, & indulgentiarum, quo poſſint vti certo pretio ſoluto. Habetur in bulla 99. Pij V. quæ incipit. Quam plenum, & notatur à Viualdo de ſuſp. 128.& Sayr.lib.14.c.12 num.52. & eſt ſuſp. à præcept. fructuum ſuarum Eccleſiarum, atque, *Reſeruatur ſoli Papa*.

24 Contra Epiſcopum, qui non viſitauerit limina Apoſtolorum iuxta Bullam Sixti V. quæ incipit Roman. Pontifex & eſt ſuſp. ab adminiſtrat tam ſpiritualium, quam temporalium, necnon à præceptione fructuum coniuncta cum interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. Habetur in d.Bulla & notatur à Sayro lib.4.c.12.num.53.& *Reſeruatur ſoli Papa*.

25 Contra Pontificali, vel Abbatiali dignitate fulgentes, qui bona Eccleſiarũ, Monaſteriorum, & locorum piorũ quorumlibet inconſulto Rom. Pontifice alienant & in iterdicto, quod ſtatim incurrunt per ſex menſes permanent hoc enim tempore elapſo ſuſp. à regimine Eccleſiæ vel Monaſterij, cui perſident. Habetur in extrau.Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien. ſed Syl.V. alienatio enim 15.in fine dicit hanc extrau. moribus vtentium receptam non eſſe. Verũ conſulendã eſſe

loco

locorum conſuet. rectius docent Nauar. cap.27.nu.149. Sayrus l.3.c.32.num.22. & Suar.d.23.ſect.6.nu.3.

Aduerte contra Epiſcopos etiam alias à quibuſdam DD. afferri ſuſpenſiones, ſed vel in vſu non ſunt, vel certe ſunt latæ à Concil. Prou. quare vbique non obligant, vel ſunt ſententiæ ferendæ, vel ſunt potius interdicta aut excommunicationes, vel denique ſufficienti caret fundamento, vt verbi gratia ſuſp.cap.Epiſc.diſt.65 contra Epiſcopum conſecratum ſine concilio, & præſentia Metropolitani, & ſuſp. ca. Archiepiſcopus, diſt.66. contra Archiepiſcopum, cuius ordinatio. ſeu conſecratio ab omnibus Suffraganeis non ſit facta in vſu non ſunt vt notat Sayr. lib.4.c.12.num.10.& 11.ſuſp. vero cap. graue de præbend.contra conferentes benef. indignis, & ſuſp.cap.ſi qui Epiſcopi 1.q.1. contra ordinantes Sacerdotem indignum videntur ſententiæ ferendæ. Vide Suarez d. 40. de cenſuris ſect.8. nu.5. Conciliorum autem Prouinc. ſunt ſuſp. cap.fin.d.18.c.nullas d.55.cap.fin. d.58. c.Epiſc.d.73, & c.quicquid d.p. q.1. Syluester, & alij ponunt ſuſpenſionem contra ordinantes illiteratum, vel infantem vel coniugatum ex cap.fin.de tempor. ord. ſed ibi habetur ſuſp. ſolum contra conferentem primam tonſuram prædictis; nec valet hic argumentum à pari, vel maiori, vt docet Suarez diſt.31.ſect.5.num.6 Sayrus contra Epiſcop. plures ponit ſuſpenſiones vb ingreſſu Eccleſiæ, ſed hæc interdicta potius ſunt, vt docet Auila 3.p.diſp.2.dub.1.concl.3.

Viuald. de ſuſp. nu. 114. *dicit omnes excomm. eſſe etiam ſuſp. ſed hæc non eſt ſuſp. diſtincta ab excommunic. Denique Sixtus V. multas poſuit ſuſp. contra Epiſc. ſed ſuſtulit Clem.* 8. *in Bulla, qua incipit Romanum Pontificem, de qua Quaranta V. Ordo.*

CAPVT SECVNDVM

Continens, XV. ſuſpenſiones contra Capitula, & Iudices Eccleſiaſticos, & Electores.

1 PRimus eſt contra capitulum, Eccleſiæ, vel Monaſterij, & ſingulas eius capituli perſonas, quæ Epiſcopum, vel ſuperiorem Regularem, promotum in curia Rom. abſque litteris eiuſdem Curiæ authenticis recipiunt, aut illi obediunt. Habetur in extrau. p. de elect. & ponitur à Sayro liq. 4. c. 12. n. 25. & à Suarez d. 31. ſect. 5. nu 23. vbi dicit obſcurum manere an ſingulæ perſonæ de capitulo à ſuis beneficijs ſuſpendantur, vel totum capitulum à beneficijs communibus, & *Reſeruatur ſoli Papa.*

2 Contra Capitula, Collegia, & ſingulares perſonas, quæ vacante ſede alicuius Eccl. Cathedralis, vel Regularis,

vel collegiatæ occupant bona, quæ ad Prælatum defunctum ſpectant, vel vacationis tempore obueniunt, & in vtilitatem Eccl. expendenda, vel Suſſeſori fideliter reſeruanda ſunt. Habetur in cap. quia ſæpe de elect. in 6. vide etiam clem. pen. de elect. & c. vlt. de off. deleg. in 6. Suarez d. 31. ſect. 3. num. 3. & Sayrum li. 4. c. 12. nu. 24. & eſt ſuſpenſio totalis donec plena fiat reſtitutio Eccleſiæ, vel ſucceſſori.

3 Contra capita, & conuentus, qui directe, vel indirecte exigunt, aut petunt pro ingreſſu in Religionem quoſcumque paſtu, prandia, cœnas, pecunias iocalia, aut res alias etiam ad pium vſum ſpectantes. Habetur in Clem. ſane, de de ſimonia, & eſt ſuſp. totalis, & *Reſeruatur PP.* Vide DD. citatos in Catalogo excom. c. 3. excom. 4. quæ eſt contra ſingulas perſonas horum capitulorum.

4 Contra capitula ſingulas perſonas qnæ habent facultatem admittendi. Reſignationes benefic. ſi has admittant extra cuſus, & form. aſſignatam in Bulla 58. Pij V. qui incipit Quanta Eccl. & eſt ſuſp. primum à beneficiorum collatione, confirmat. elect. præſentatione, & inſtitutione: deinde vero. ſi hæc ſuſp. violetur additur contra cap. ſuſp. à diuinis *Reſeruata ſoli Papæ*, contra ſingulas ve-

ro perſonas excomm.de qua in catalogo excom.c.1.excom.5.

5 Contra Iudices, qui ferunt ſent.excomm. ſuſp. aut interdicti ſine ſcriptis, vel ſine cauſæ expreſſione, vel qui requiſiti intra menſem exemplum ſent.non tradant, eſt ſuſp. per menſem. Habetur in c.p.de ſent. excomm.in 6. & exponitur à Palud. in 4.d.18.q.7.a 3. col. 10. Suarez d.37.ſect.p nu.2.S.Ant.3.p.tract.28. de ſuſp.ca.4.Savro lib.4.c.13. num.2.vbi dicit ſi iſte iudex interim exequatur ſententiam run ſuſpenſionem *Reſeruari Papæ*

6 Contra Iudices, qui per gratiam, vel ſordes aliquid in iudicio faciunt contra conſcientiam, & Icſtit. in grauamen alterius partis & eſt ſuſp. per annum ab Officio non tantum Iuriſdictionis, ſed etiam ordinis, ſi enim ſuſp.durante iſti ſe ingeſſerint diuinis fiunt irregulares, vt habetur in c.1.de ſent.& reiudicata in 6. & notat Suarez d.31.ſect.3. num.16. Et anno elapſo hæc ſuſp. deſinit, vt diximus ſupra c.1.excomm.20.

7 Contra Iudices Conſeruatores, qui de alijs, quam de manifeſtis iniurijs & violentijs ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, poteſtatem ſuam extenderint. Habetur in c. vlt. de off. de leg in 6. & eſt ſuſp.per annũ ab officio intellige tã ordinis

nis, quam Iuriſd. ex Suarez d. 31. ſeſſ. 3. nu1.7. finito autem anno ſuſp. ceſſat vt ſupra.

8 Contra eligentes indignum ad Epiſcopum, vel Decanatum, vel Archidiaconatum, vel alias prebendas inferiorem, quæ curam habent animarum, & eſt ſuſpectio per triennium à beneficijs, quæ iſti electores habent in ea Eccleba, quam per talem electionem offendunt. Habetur in c. cum in cunctis, §. clerici, de elect. dignitas autem ad Epiſcopum ex d.c. requiſita eſt, vt Epiſcopus annum ætatis trigeſimum attigerit; ex legitimo matrimonio ſit nates; & vita, ac ſcientia ſit commendabilis: ad alios vero ſupradictos dignitas ibidem requiſita eſt, vt 25. ætatis annum attingant; & ſcientia, ac moribus exiſtant commendati, qui ergo elegerit habentem tale dignitatem, licet alia carentem, non erit ſuſpenſus ex Suarez d.31. ſeſſ. 3. num. 10. & Sayro lib. 4. c.15. num. 12.

9 Contra Electores Epiſcoporum, qui infra octo dies, poſtquam commode potuerint, electionem factam electo non, præſentauerint; & in hoc culpabiles extiterint, & eſt ſuſp. per triennium ab omnibus beneficijs, qdam in illa Eccleſia, de cuius elect. agitur, obtinent. Habetur in c. cupientes, §. cæterum de elect. in 6. & ex-

& extenditur contra quaſdam alias elect. quæ iam tamen non ſunt fere in vſu, vt notat Suarez d.31.ſeſſ.3. num.5.

10 Contra Compromiſſarium eligentem indignum; & eſt ſuſpenſio per triennium à Beneficio: de qua vide c. ſi compromiſſarius, de elect. in 6. vbi integra eius declaratio traditur, vt notat Suarez d.33.ſeſſ.3.nu.6.

11 Contra eum, qui in perſonam electi aliquid opponit; & poſtea in probatione deficit: & eſt ſuſpenſio per triennium à beneficio, de qua vide c.1.§.adijcientes, de elect.in 6. Palud. in 4. d. 18. q. 7. a 2. caſu p.Ang. ſuſp.p. caſu 24. Syl. q.6.verſ.24. Sayrum lib.4. c.15. num.13. Suarez d.31.ſeſſ 3.num.12.

12 Contra eos, qui ad Eccleſiaſt.prebendam per abuſum ſecularis poteſtatis contra canonicam libertatem præſumpſerint aliquem eligere: & ſunt ſuſpendendi per triennium ab officio, & beneficio. Et eligendi tunc poteſtate priuatur c. quiſquis de election. quæ priuatio ſuſpenſio quædam eſt, vt inquit Suarez d. 31.ſect.3.n.12.& alij citati à Sayro lib.4 c.13. nu. 16.

13 Contra Viſitatores, & eorum familiares, qui non ſeruant conſtitutionẽ Inn.4.in c.Romana, de cenſibus in 6. de non recipiendis pro viſitatione, aut debita

bita procuratione pecunijs, aut alijs muneribus; ſi ea receperint, niſi intra menſem duplum reddiderint. Habetur in c. exigit, de cenſibus in 6. & eſt ſuſp. totalis, & comprehendit etiam Regulares ſaluis tamen eorum rationabilibus, & approbatis conſuetudinibus, & inſtitutis, vt notat Palud. in 4. d. 18. q.7. a 2. caſu 5.& Sayrus lib.4.c.15.nu.26. & durat quouſque d. duplum grauatis Eccleſ. detur.

14 Contra eoſdem Viſitatores, qui procurationem à locis non viſitatis accipiunt, niſi intra menſem duplum reddant, & eſt eadem ſuſpenſio, quæ ſuperior, & in eodem c. exigit.

15 Contra eos, qui conferunt, vel recipiunt beneficia eorum, qui pro ſuis negotijs ad Romanam Curiam profecti ſunt, quiue in ea Curia officia aliqua exercent; & eſt ſuſp.totalis, de qua. vide extr.4.de priu.& Suarez d. 31. ſect.3. nu.15.atque *Reſeruatur Epiſcopo*.

Aduerte hic primo in ſuſp.huius capitis, & ſequentium capitum non incidere Epiſc. quia in in eis non ſit ſpecialis menſio Epiſc. & conſequenter non comprehenduntur Epiſc. ſicut & interdicta, in quibus non ſit ſpecialis Epiſcopitio, & Epiſc.non ligant, vt habetur in c. quia periculoſum de ſenten. excomm. in 6. Secundo alies etiam à quibuſdam DD. *afferri ſuſpenſ.*

qua

qua ad hoc caput ſpectare videntur, ſed omiſſa ſunt ob ſimiles rationes, ob quas in ſuperiori capite multa contra Epiſcopos ſuſpenſiones ſunt prætermiſſa. Vide Suarez d.31.de cenſ.& Auilam 3.p.diſp.5.

CAPVT TERTIVM

Continens XIX. Suſpenſiones contra Clericos.

1 PRima eſt contra recipientes ordinem ſacrum ab Epiſcopo, qui ordines ſacros cõferre non poteſt, eo quod iam renunciauit Epiſcopatui, & eſt ſuſp. ab ordine ſuſcepto, de qua. Vide cap.p. de ordin. ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui, S. Anton.3.p.tit.27.de ſuſp. c.4.ſuſp.5.Palud.in 4.d.25.q.1.a 3. Viual. de ſuſp.num.127. Aliqui putant hanc non eſſe ſuſp.ſed irregularitatem; quia incurritur etiam ſine culpa propria; ſed iam diximus ſupra in præfatione aliquam ſuſpenſionem incurri ob culpam alterius; &, ſi hæc vſſet irreg. priuaret executione omnium ordinum; at non priuat niſi executione ſuſcepti ordinis, vt bene argumentatur Suarez d.31.ſect.p.num.7. in fine diſpenſat autem Epiſcopus, quando ignorantia probabilis interuenit; alias

Reſer-

Reſeruatur tantùm Papæ.

2 Contra recipientes Ordines ab excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto vitando & eſt ſuſpenſo ab ordin. ſuſcepto, vt diximus cap. 1. ſuſpenſ. pr. atque idem dicen. eſt de recipieute ordines à depoſito, degradato, heretico, & ſchiſmatico, intellige nominatim denuntiato, vt aduertunt Tabiena Irregularitas 4. n. 6 Armilla nu. 78. & Auila 3. p. diſp. 5. dub. 8. qui DD. addunt diſpenſare in hac ſuſp. Epiſcopum, ſi vero ſcienter *Reſeruatur ſoli Papæ.*

3 Contra recipientes otdinem ſacrum ſine legitima facultate: ſeu litteris dimiſſorijs illius, qui eas dare poteſt, de quo fuſe Auila 3. p. diſp. 5. dub. 7. verſus finem, & eſt ſuſpenſio ab ordine ſic ſuſcepto, de qua vide Bullam Pij 2. quæ incipit cum ex ſacrorum. Quaranta V. ordo, Suarez d. 31. ſect. 1. nu. 13. & ſeq. Auilam ſup. & Sayrum lib. 4 cap. 13. num. 15. vbi dicit hac ſuſp. innodari etiam Religioſos, & *Reſeruatur Epiſc.*

4 Contra recipientes ordinem ſacrum ante legitimam ætatem, & eſt ſuſpenſio ab ordine ſic ſuſcepto, & durat etiam poſtquam aduenerit ætas legitima, quia ſimpliciter abſque vlla temporis limitatione imponitur in d. Bulla Pij II. & notat Auila ſupra, & *Reſeruatur Epiſcopo.*

5 Con-

5 Contra recipientes ordinem ſacrum extra tempora à iure ſtatuta. Habetur in eadem Bulla Pij II. & eſt ſuſpenſio ab ordine ſic ſuſcepto, atque *Reſeruatur Epiſc.*

6 Contra recipientes plures ordines ſacros eodem die naturali, vel die vno fictione canonica recipiendo videl. vnum ordinem ſacrum die ſabbati, & alium mane diei dominici continuato ieiunio, & eſt ſuſpenſio à ſecundo ordine ſuſcepto. vide c. litteras de tempotibus ordinib. Nauar. c.25.num. 71. Suarez d.31. de cenſuris ſect. 1. n. 41. Sayrum lib. 4. c. 14. n. 23. & *Reſeruatur ſoli Papa.*

7 Contra recipientes Ordinem ſiue maiorem, ſiue minorem ſine teſtimonio proprij ordinarij de ſua probitate, & eſt ſuſpenſio ab Ordine ſic ſuſcepto, de qua. Vide Conc. Trident. & Tol. lib. 1. cap. 49. & *Reſeruatur proprio Ordinario.*

8 Contra recipientes Ordinem ſacrũ ficto titulo, ſeu (vt loquitur Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. varijs artibus, ac fallacijs confingentes ſe beneficium Eccleſiaſticũ, aut etiam idoneas facultates obtinere, & eſt ſuſpenſio ab ordine ſic ſuſcepto, quam ligare Religioſos, ſeu canonicos, vel clericos intra clauſtrb more Religioſorum viuentes nondum profeſſos certũ eſt ex Bulla Pij V. quæ incipit Romanus Pontifex, exceptis tantum Ieſuitis per

Bul-

.llam Greg. XIII. quæ incipit ex ſedis
›oſtolicæ, an vero liget etiam Cleri-
›s ſeculares, negat Toletus lib.1.c.48.
.um.16.Sayrus lib.4.c.14.n.16. vbi dicit
ınc eſſe communiorem ſententiam, af-
:mat tamen Nauar. lib.1.conſ. de conſt.
onſ.1.q.16.& de temporalibus ord.cõſ.
6. Suarez d.31. de cenſuris ſect.1.n.33.
Quaranta v.ordo, Maiolus lib.4.de irre-
;ular. cap.15. in principio, & alij & *Re-
ſeruatur Epiſcopi*. Ad tollendum vero hic
Bononiæ omne dubium ab Archiepiſcopo
Ludouiſio in prima ſua Synodo contra
d.clericos lata eſt ſuſpenſio, vide d. Sy-
nodum, cap.6.

9 Contra promotos per ſaltum 1. re-
cipientes ordinem ſuperiorem non rece-
pto prius ordine inferiore, & eſt ſuſpen-
ſio ab illo ordine ſuperiore, quouſque
ſuſcipiatur ordo prætermiſſus. Vide ſoli-
citudo d.52. & c.vnicum de clerico pro
moto per ſaltum, & Conc.Trid. ſeſſ. 23.
c. 14.vbi ſic habetur, cum promotis per
ſaltum, ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus
ex legitima cauſa poteſt diſpenſare,
aliaſque, *Reſeruatur Papæ*.

10 Contra eum, qui poſt contractum
matrimonium ſuſcepit ordinem ſacrum,
aliter, quam à ſacris canonibus conce-
datur, & eſt ſuſpenſo totalis. Vide extr.
antiquæ Io.22.de voto S Ant.3.p.tit.27.
de

de ſuſp. c.4. ad medium Sotum d.25. q.1. a 3. in fine Syl. ordo 5. nom. 7. Sayrum lib.4. c.14. num.28. Suarez d.31. de cenſuris 5. p. num.54. & ſeq. & *Reſeruatur Epiſcopo.*

11 Contra eum, qui ſimoniace ordinem aliquem ſuſcipit, & eſt ſuſpenſo nō tamen ab ordine ſic ſuſcepto, vt quidam dicunt, ſed etiam, vt probabilius eſt ab omnibus ordinibus. Vide c. pen. & c. per tuas: de ſim. & extrau. 2. Pij II. de ſimon. Syl. & alios Summiſt. v. ſimonia d.25. 22. q. 100. vlt. ad p. & Suarez d. 31. de cenſ. ſect.3. nu.31. & *Reſeruatur Epiſc.*

12 Contra eum, qui excommun. ordinatur. Vide c. cum illorum de ſententia excommunicat. vbi dicitur excommunicatum recipientem aliquem ordinem ſi hoc fecit ſciens ſe eſſe excommunicatum & ſit ſecularis à ſuſcepto ordine in perpetuum eſſe deponendum ideſt eſſe ſuſpēſum ſine ſpe diſpenſationis, vt ſequentia verba declarant; ſi vero ſit Religioſus ab executione ſuſcepti Ordinis, & Officij manere ſuſpenſum intellige, donec diſpenſetur ab Epiſcopo. Quod ſi interuenerit ignorantia, cum ſeculari diſpenſat ſolus Papa. cum Regulari Superior ipſius poſt iniunctam regularem penitentiam, & per actam. Aduerte tamen ignorantiam inuincibilem excuſare, ſicut etiam excu-

ſat,

ſat, ne iſte incidat in irreg. vt notat Suarez d.31.ſect.1. num. 59. addit idem auctor cum Cou.in c.alma 1.p. §.6. num.6. hanc ſuſpenſionem incurri etiam ab eo, qui ſuſpenſus ab Ordine, vel interdictus ordinatur.

13 Contra Clericum, qui ab Vſurario publico accipit oblationem ſiue in Miſſa, ſiue extra Miſſam. Et eſt ſuſpenſio ab officio durans, donec ad arbitrium Epiſcopi fuerit ſatisfactum, c. quia in omnibus de vſuris. Aduerte tamen poſt C. Conſt. requiri, vt iſte vſurarius ſit nominatim denuntiatus, vt notat Suarez de 31. de cenſuris, ſect.2.nu.10.

14 Contra Clericum, qui Eccleſiaſt. ſepulturæ tradiderit dictum vſurarium. Vide d. cap. quia in omnibus, & Suarez loco citato.

15 Contra illos, qui ſponte iuramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterint, & eſt ſuſpenſio à ſacris ordinibus, & dignitatibus. Habetur in c. 1. de ſchiſmat. & *Reſeruatur Epiſc.*

16 Contra habentes Dignitatem, Perſonatum, vel Beneficium curatum, ſi vtantur veſte partita, vel virgata ideſt diuerſi coloris, & eſt ſuſpenſio à perceptione fructuum per annum. Vide Clem. 2.de vita & hon.Clericos, Tol.lib.1.c.48 num.15.Sayr.lib.4.c.15.nu.28.& alios ab

eo

de ſuſp. c.4. ad medium Sotum d.25. q.1. a 3. in fine Syl. ordo 5. nom. 7. Sayrum lib.4. c.14. num.28. Suarez d.31. de cenſuris 5. p. num. 54. & ſeq. & *Reſeruatur Epiſcopo*.

11 Contra eum, qui ſimoniace ordinem aliquem ſuſcipit, & eſt ſuſpenſo nõ tamen ab ordine ſic ſuſcepto, vt quidam dicunt, ſed etiam, vt probabilius eſt ab omnibus ordinibus. Vide c. pen. & c. per tuas: de ſim. & extrau. 2. Pij II. de ſimon. Syl. & alios Summiſt. v. ſimonia d.25. 22. q. 100. vlt. ad p. & Suarez d. 31. [illegible] ſect. 3. nu. 31. & *Reſeruatur Ep*[illegible]

12 Contra eum, qui e[illegible] dinatur. Vide c. cum i[illegible] tia excommunicat. [illegible] nicatum recipie[illegible] hoc fecit ſcie[illegible] & ſit ſecu[illegible] petuum e[illegible] ſum ſine [illegible] verba [illegible] ab

13 Contra Clericum, qui ab Vſurario publico accipit oblationem ſiue in Miſſa, ſiue extra Miſſam. Et eſt ſuſpenſio ab officio durans, donec ad arbitrium Epiſcopi fuerit ſatisfactum, c. quia in omnibus de vſuris. Aduerte tamen poſt C. Conſt. requiri, vt iſte vſu[illegible] ſit nominatim denuntiatus, vt n[illegible] z de 31. de cenſuris, ſect. 2[illegible]

14 Contra [illegible] ui Eccleſiaſt. ſepulturæ tr[illegible] m vſurarium. Vide d. cap[illegible] bus, & Suarez loco citat[illegible]

15 C[illegible] ſponte iuramen[illegible] tum [illegible] te præſtiteri[illegible] uris [illegible] dinibus [illegible] ib. 4. [illegible] 1. de ſ[illegible] am con[illegible] [illegible] ijs quibuſ[illegible] [illegible] ſt prætermiſſa [illegible] s Di[illegible] mus in annot. [illegible] contra Epiſcopos [illegible] n aliquis eſt ſuſpen [illegible] n Ordinum, non hoc [illegible] receptione maiorum: [illegible] m impedit executio[illegible] nem, intellige quando in

eo citatos, & Suarez d.31.ſect.3. num.1.

17 Contra habentes beneficium, vel curam alicuius Eccleſiæ, & eam alienis debitis grauantes, aut litteras, ſeu ſigilla alicui concedentes quibus poſſit Eccleſia obligari, & eſt ſuſpenſio ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporaliũ rerum. Vide c.2.de ſolution.Ang. ſuſp.1. nu.10.Syl.nu.6.Suarez d 31. de cenſuris ſect.3.nu 2.& *Reſeruatur Epiſc.*

18 Contra Presbyteros, Diaconos,& Subdiaconos concubinarios, vel fornicarios notorios, ideſt notos per confeſſionem factam in iuditio, aut per ſententiam, aut per facti euidentiam quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit, & eſt ſuſpenſio totalis. Vide c. quæſitum, de cohabit.cleric.& mulier.cap præter d. 32.c.ſi qui ſunt, d. 81. atque idem dicendum eſſe de alijs clericis in minoribus conſtitutis docent S.Ant 3.p tit.27.cap.3. Syl.v.Concubinarius q.4.Nau c.25.n.77. & alij. Vide etiam Conc.Trident.ſect.25 cap.14. de reform.& declarat.Congreg. Card. ſuper illa verba Concilij Clerici vero &c. declaratio aut ſic habet. Sed Clerici Concubinarij notorij ſunt etiam hodie ipſo iure à diuinis ſuſpenſi, prout in veteri iure ſunt.

19 Contra Parochos,vel Sacerdotes, ſiue ſeculares, ſiue Regulares, qui alte-

rius

us Parochiæ ſponſos ſine illorum Paro-
hi licentia matrimonio coniungere aut
enedict. auſi fuerint, etiamſi prætextu
riuilegijs, vel immemorabilis conſue-
idinis id fecerint. Habetur in Concil.
ident. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. & eſt ſu-
enſio permanens, donec ab Ordinario
us Parochi, qui matrimonio intereſſe
ebebat, tollatur. Sed non declarat cōc.
quo ſuſpenſio hæc ſit. Suarez dicit ſibi
ideri eſſe ab officio Sacerdotali, ſed tu-
us eſt dicere eſſe etiam à beneficio, ſeu
ſe ſuſp. totalem donec aliud declaretur
Congr. Card.

Aduerte hic primo in has ſuſpenſione non
um Epiſcopos non incidere, cùm eorum non
it ſpecialis mentio iuxta ſupradicta in anno-
tione ad ſecundum caput, ſed neque Religio-
, quando eorum non ſit mentio, vt ex com-
uniori ſententia docent, Vgolinus de cenſuris
ccleſiaſticis tab.4.c.11.§.2. & Sayrus lib. 4.
13. nu.21. Aduerte ſecundo alias etiam con-
a Clericos afferri à Sayro, & ab alijs quibuſ-
am ſuſpenſiones, ſed à nobis ſunt prætermiſſæ
ſimiles rationes, ob quas diximus in annot.
d 1. caput nos omiſiſſe plures contra Epiſcopos
ſpenſiones: Aduerte 3. cum aliquis eſt ſuſpen
is ab executione Minorum Ordinum, non hoc
ſo manere ſuſpenſum à receptione maiorum:
uia talis ſuſpenſio tantum impedit executio-
em ordinum non receptionem, intellige quan-
do in

do in receptione ordinis maioris non debet inter uenire executio eiuſdem ordinis, vt docet Auila 5.p. diſp.4. dub, 5.

CAPVT QVARTVM

Continens, XII. ſuſpenſiones contra Religioſos.

1 PRima eſt contra Religioſos, qui ſine Parochi licentia, ſponſos matrimonio coniungere, aut benedicere preſũpſerint, vt diximus, c.3.ſuſp.19.& *Reſeruatur Epiſc.* Hic poni poſſunt aliæ ſuſpenſionis ſupradicta Religioſis conuenientes.

2 Contra Religiosnm apoſtatam, qui in apoſtaſia perseuerans aliquem ordinẽ ſacrum ſuſcipit, & eſt ſuspenſio ab ordine ſit suscepto. Vide c.vlt.de apoſtatis S. Ant.3.p.tit.27.de suspen.c.4. Syl.ordo 5.q.6.& Pan.in d.cap.vlt.qui DD.volunt hanc suspenſionem incurri suscipiendo etiam min. ordines; sed textus loquitur solum de sacris, quare hos recipientes solum incurrere suspenſionem docet Suarez d.31.ſect.6.num.2. & *Reſeruatur ſoli Papæ.*

3 Contra Religiosos Mendicantes ſi ali-

aliquem ante completum probationis annum ad Profeſſionem recipiant: & eſt ſuſpenſio à receptione quorumlibet ad Profeſſionem ſuæ Religionis. Vide cap. non ſolum, & c. conſtitutionem de Regularibus in 6. S.Ant.3.p. tit.27. de ſuſp. c.4. Ang.ſuſp.1.caſu 28.Syl.q.6. verſ.28. Tab.num.7.verſ.6.caſu 26.Nauar.ca.27. num.157.verſ.12. Sayrum lib.4. cap.13. num.13. Suarez d.31.ſect.6.num.6. & 7. gl.in d. cap.non ſolum V. ſuſpenſio, quæ gloſſa dicit Superiorem, qui in hoc non peccauit, abſoluere poſſe.

4 Contra Religioſum præſidentem alicui Monaſterio, Prioratui Eccleſiæ, ſiue adminiſtrationi cuiuis, ſi concedat alicui ad vitam, vel ad certum tempus iura, reditus, aut poſſeſſiones eiuſdem Religionis ſine ſufficienti neceſſitate, aut vtilitate, & conſenſu ſui capituli, ſi habeat; vel ſui ſuperioris, ſi non habeat capitulum, eſt ſuſpen.ab officio. Clem. 1.de rebus Eccles. non alien. Vide Suarez in d. d.31.ſect.6.nu.8.& Nauar.c 27. nu. 157. vers. 14.Sayr.lib.4.c.13.nu.11 & alios ab eo citatos.

5 Contra Religioſos, qui ſibi appropriant, vel inique vſurpant decimas ad ſe non pertinentes, vel in hoc defraudāt Eccles.aliquo ex modis narratis in Clem. 1.de decimis, ſi intra duos menſes requi-

ſiti non ſatisfecerint. & eſt ſuſpenſio ab adminiſtratione officij, vel beneficij. Quod ſi nec officia, nec beneficia habeāt, excommunicantur, vt dicitur in catalogo excom. c. 3. exc. 17. Vide d. Clem. & DD. ibi citatos.

6 Contra Monachos nigros, ideſt S. Benedicti, qui non vtuntur habitu, & veſtitu ad formam præſcriptam in Clem. 1 §. ſi quis autem de ſtatu monach. qui ſi Abbates, vel Priores non habentes Abbatem fuerint, à beneficiorum collatione per annum ſuſpenduntur; ſi inferiores aliquam adminiſtrationem habentes, eadē per annum priuantur; ſi vero nullam habent, inhabiles ad illam, & beneficium recipiendum intra annum fiunt.

7 Contra eosdem Religioſos, ſi venationi aut aucupationi clamoſæ, vel alias cum canibus, aut auibus ex propoſito interfuerint. Vide d. Clem. Sayr. lib. 4. c. 13. & DD. ab eo citatos nu. 6. 7. 8. & 9.

8 Contra Prælatos Religioſorum, qui aliquid acquiſierint per aliquem ex tribus exceſſibus, qui interdum committuntur ab his, qui interſunt teſtamentis: 1. eſt retrahere teſtatores à legatis faciendis Matricibus Eccleſijs: 2 eſt retrahere eoſdem à debitis reſtitutionibus faciendis: 3. eſt procurare legata, vel debita, ſeu male ablata ab incertis dominis

dari

dari ſibi, vel alijs ſingularibus perſonis ſui Ordinis, vel ſuis conuentibus in præiudicium aliorum. habetur in Clem. Religioſi, §. quibus, de priuil. & eſt ſuſpenſio ab officio vſque ad debitam ſatisfactionem, ſi intra menſem requiſiti non ſatisfaciant. & ſimilis ſuſpenſio habetur ibidem contra Prælatos Religioſorum, ſi damno non ſatisfaciant, quod aliquis ex ſuis ſubditis intulit detrahendo Prælatis in concione, predicando indiſcretas indulgentias, retrahendo laicos ne ad Parochiam accedant, vel abſoluédo ſine priuilegio à Reſeruatis Epiſcopo vel Papæ. Vide Sayrum lib. 4. cap. 13. num. 10. Nauar. cap. 26. num. 26. Suar. d. 31. ſect. 6. num. 11.

9 Contra Religioſos Confeſſarios, qui poſtquam à Rectoribus Eccl. fuerint requiſiti, ſcienter omittunt facere conſcientiam pænitentibus ſibi confitentibus de ſoluendis decimis: & eſt ſuſpenſio nõ ab officio audiendi confeſſiones, ſed ab offic. prædicandi. Vide Clem. cupientes de pænis, vbi etiam habetur hunc Relig. ſic ſuſpenſum, ſi concionari audeat, incedere in excommunicat. de qua in catalogo excom. c. 3. excom. 14. &c. Vide DD. ibidem citatos & Suarez in d. d. 31. ſect. 6. nu. 21.

10 Contra Abbates, & alios quoſ-

cumque quamuis exemptos, qui faciunt litteras dimiſſorias alijs, quam ſuis ſubditis regularibus: & eſt ſuſpenſio totalis per annum. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 10. Tol. lib. 1. c. 49. num. 5. & Sayr. lib. 4. cap. 13. num. 5. vbi extendit hanc ſuſp. cōtra Abbates conferentes primam tonsurā, vel ord. min. alijs quam ſuis ſubditis regularibus. ſed talis extenſio caret fundamento, vnde omittitur ab alijs.

11 Contra Fratres Prædicatores, ſi perturbare præſumpſerint officium Inquiſitionis per Fratres Minores adminiſtratum. & contra ipſos Fratres Minores idem facientes contra Prædicatores; & eſt ſuſpenſio ab executione ordinum ſacrorum, quouſque per ſedem Apoſtolicā, vel per illum Inquiſitorem, quem perturbarunt, abſoluantur. Habetur in priuil. Clement. 4. de quo S. Ant. 3. p. tit. 27. de ſuſp. cap. 4.

12 Contra omnes Religioſos, qui introducunt mulieres intra Monaſteria. & eſt ſuſpenſio à diuinis cum priuatione beneficiorum, & inhabilitate ad illa, & alia omnia. Habetur in Bulla 22. Pij V. quæ incipit Regularium. Vide Viualdum de ſuſp. nu. 131. Sayr. lib. 4. cap. 13. nu. 20. & Nauar. in cap. Statuimus 19. quæſt. 3. num. 162.

Aduer-

Aduerte hic primo, in has ſuſpenſiones non ſolum Epiſcopos etiam Religioſos non incidere, cum eorum non fiat ſpecialis mentio, iuxta cap. quia periculoſum, de ſentent.excom. ſed neque Clericos ſeculares, quando eorum non ſit mentio, ſecundũ gloſſam in Clem.p.V. Religioſi, de priu. & Sayrum lib. 4. cap. 13. num. 23. Aduerte 2. alias etiam eſſe contra Religioſos ſuſpenſiones, vt indicauimus in principio huius capitis, & cap. 1. ſuſp. 11. cap. 2. præſertim in ſuſp. poſitis contra capitula & in ſuſp. poſitis in eodem capitulo contra Viſitatores, & cap. 3. ſuſpen. 3. & 8. Plures etiam alias ſuſpenſiones habebunt forte aliqui Religioſi in ſuis conſtitutionibus; ſed hoc Catalogo ſolum illæ, que latæ ſunt à iure communi, comprehenduntur.

†

MONITIONES S. CAROLI BORROMAEI Ad Clerum.

EX ACTORVM Par. I. Concil. Prouin. IV.

SVMMARIVM.

1 *Monitionum in Synodo legendarum vetus inſtitutum retinendum.*
2 *Monitionib. præſcriptis addendi detrahendique Epiſcopis conceſſa facultas.*
3 *Eccleſiaſticis omnibus, quæ generatim proponuntur, 7. 15.*
4 *Quæ ſpeciatim Sacerdotibus, 12.*
5 *Quæ Diaconis, Subdiaconis, & cæteris clericis, 8. 13.*
6 *Quæ Beneficiatis, & bonorum Eccleſiaſticorum Adminiſtratoribus.*
7 *Quæ Canonicis Cathedralis, &*

& Collegiatæ Eccleſiæ.

10 *Quæ dignitatem in eiuſdem obtinentibus.*

11 *Quæ Parochis, & animarum Curatoribus.*

14 *Quæ Viſitatoribus, Regionum Præfectis, Vicarÿs foraneis.*

1 PERVETVS illud inſtitutum eſt, tum ſanctorum Patrum vſu, tum Eccleſiæ auctoritate comprobatum; vt quæ ſacerdotalem, clericalemque diſciplinam, officia, ac partes eius maximè attingunt, ea certis monitionibus comprehenſa, ab Epiſcopo in Synodis Clero proponantur.

2 Cuius inſtituti ratione, atque exemplo nos adducti, de Epiſcoporum noſtrorum Concilio, atque aſſenſu, monitiones, infra ordine præſcriptas, edendas cenſuimus; quibus pro libito ſuo vnuſquiſque Epiſcopus addat, & detrahat, prout Eccleſiæ ſuæ clero, pro temporum ratione vtile eſſe viderit: tum illas in vnaquaque Diœceſana Synodo, ſeſſione publica, vniuerſo Clero de libro accuratè legi, grauiterque pronunciari mandet; vt quo ſæpius repetitæ, frequentiorique ſtudio illæ traditæ, atque

expo-

expoſitæ ſunt, eo diligentiùs, ac religioſiùs ſanctis eccleſiaſticæ diſciplinæ vitæ officijs vniuerſus clerus in omnes ſeſe partes conformet.

3 Primò fratres, & filij in Chriſto chariſſimi, memores perpetuò eſtote vocationis, qua vos dignatus eſt Dominus noſter.

Qua aſſidua recordatione, memoriaq. excitati, eam vos virtutem induite, vt videant alij, quaſi lumen aliquod, veſtrã ſanctitatem elucere. Quæ ſi magna in alijs vitæ chriſtianæ inſtitutis requiritur, certè in vobis, qui myſteriorum Dei, miniſtri, diuinæque gratiæ diſpenſatores eſtis, maior ineſſe debet.

Et ſicut ſacro ordine à reliquis hominibus ſeiuncti eſtis, ita à communis fidelium vitæ vſu ſeiuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præſtantius viuendi genus ſequimini, quo ordinis dignitate præcellitis.

Cœleſtem in terris vitam, tanquam Angeli Dei, moribus veſtris exprimere vſquè adeò ſtudete, vt à vobis diuinarũ virtutum exempla ad cæteros emanent.

Vna animi conſenſione, vnoque ſpiritu in ijs elaborate, vt, & diuino cultui, & cœleſtium rerum meditationibus, & orationi, & ſacrarum, eccleſiaſticarumque litterarum ſtudijs vacetis: tum depoſitis

ſæcularibus, vaniſque ſollicitudinibus, ab omni vitio alieni, in via Domini rectè ambuletis.

Charitatem in primis, quæ ſeminariũ eſt omnium virtutum, omni ſtudio amplectimini.

Humilitatem, Manſuetudinem, Patientiam, Iuſtitiam, Temperantiam, officiaq. chriſtianæ pietatis reliqua colite. Quæcumque denique ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque ſancta, ac religioſa, ea cogitate, eaque agite.

Virtutes ſanctorum Patrum, quas præcipuas, & quaſi hæreditarias nobis ad imitationem reliquerunt, non adumbrare ſolum, ſed omninò exprimere certatim contendite.

Vtque illi, ſic vos abſtinentiæ, & ieiunijs dediti, clericalis diſciplinæ, ac vitæ caſtiſſimæ ſtudioſi, tum patriæ cæleſtis ſitientes, Deo ſeruite aſſiduis diuinarum laudum officijs; & in Eccleſia quaſi in perpetua veſtra ſacerdotali, clericalique ſtatione, continenter verſamini.

Quæcumque demum de muneris veſtri partibus, de vitæ modo, vel Pontificum ſanctionibus, vel œcumenicis Concilijs, vel Prouincialibus, Diœceſaniſq. Synodis, vel alia ratione præſcripta sũt, ea vos ſeruate, ac præſtate diligenter.

Omnes, qui canonicarum horarum of-

ficijs

ficijs deuincti eſtis, ſtatas eas preces horarias recitate ad præſcriptam Calendarij anniuerſarij rationem, ac ritum.

Nec verò negligenter, ſed attentè, piè, decorè, ſupplicique mente illas dicite.

Studioſè propterea legite, quæ præſertim à Beato Antonino Archiepiſcopo conſcripta ſunt de negligentia in perſoluendis horis canonicis, vt quæ eo nomine errata ſunt, omnino caueatis.

Expletis canonicarum horarum officijs, ſi quid in illis, aut negligentia, aut alia culpa commiſeritis, paululum colligentes vos, veniam à Deo petite.

4 Qui Sacerdotes eſtis, Miſſæ ſacrificium ſæpius facite ſanctè, ac religioſè.

Ad illud faciendum parate vos omni pietate, in tam alti myſterij meditatione toto animo defixi: & quo purius id faciatis, propriam conſcientiam diligenti, accurato, frequentique examine diſcutite; tum ſingulis ſaltem hebdomadis, atque adeo ſæpius, & omninò ſemper, cùm peccati mortalis conſcij eſtis, vni è confeſſarijs ſacerdotibus ad cleri confeſſiones audiendas conſtitutis, confiteamini.

In ea ſanctiſſimi ſacrificij actione ab erroribus, vel leuiſſimis omninò cauete.

Quæ de illo piè, riteque celebrando

præſcripta ſunt, ea vos ſtudioſè, diligenterque ſeruate.

5 Diaconi, Subdiaconi, & Clerici inferiorum ordinum quicunque eſtis, quæ de confitendis ſæpè peccatis, de communione frequenter ſumenda vobis iuſſa ſunt, integrè, & ſanctè omnia, vt debetis, præſtate.

Confeſſarios Sacerdotes per nos vobis conſtitutos, quos etiã tanquã vitæ veſtræ duces, ac magiſtros elegimus, adite.

Eccleſiaſticæ militiæ omnes vos adſcripti eſtis: ad pietatis, religioniſque exercitationes vos vocatos eſſe cognoſcite.

In omni in primis ſancta oratione vos aſſiduè exercete; tum in meditationis, tacitæque piæ orationis ſtudio ſingulis diebus, certo temporis ſpacio, toto caſtiſſimi animi ſenſu incumbite.

Hæc ſanctis precibus præter cætera, ſupplices, præſertim afflictis rei Chriſtianæ temporibus, orate Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis:

Vt miſereatur populi ſui.

Vt fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtuteſque amplectendas ſancti Spiritus ſui ardore inflammmet.

Vt è Principum, Regumque animis euellantur; ſi quæ ſunt diſcordiæ ſemina.

Vt ij

Vt ij vna animi conſenſione Chriſti Regnum propagare ſtudeant, vnamque Dei gloriam, atque Eccleſiæ matris defenſionem propoſitam habeant.

Quicquid verò temporis à diuinis officijs, ab orationis, contemplationisque exercitatione, ab Eccleſiaſticis functionibus, & ab alijs neceſſarijs actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in deſidia, nec vero in rerum nouarum curioſitatibus illud conterite: ſed cùm in ſortem Domini vocati ſitis, in eius lege die, ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur litterarum ſtudia diligentiùs colite, quæ vſque adeo complecti debetis, vt qui aſpernetur, contra eum dicat Dominus:

Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad ſtatas lectiones, & ad litterarum tractationes vobis præſcriptas conuenite.

Attento animo in ijs adeſte, atque in dies ad vberiorem ſacrorum ſtudiorum fructum progreſſionem aliquam habete, vt ad Epiſcopatum aliquando vocati, & diligentiæ, & doctrinæ teſtimonium detis.

Si qui eſtis, qui vel tarditate ingenij, vel ingraueſcente ætate magnum in litteris progreſſum habere non poteſtis, ne deſi-

deſiſtite tamen primum oratione frequenti intelligentiam vobis neceſſariā à Deo petere; tum eo diligentius, ad pietatis, modeſtiæque ſtudium, ac ſanctorum morum diſciplinam incumbite, tum ſæpius ſacerdotes peritiores conſulite; & ad Clericales, Sacerdotaleſque exercitationes conuenite, & libentiùs, & frequentiùs.

Concionibus etiam, atque lectionibus ſacris, quæ in Eccleſia conſtitutis diebus habentur, cum omnes quicumque eſtis, tùm maximè quibus potiſſimum Conciliaribus decretis iuſſum eſt, quo decet, habitu, frequentiſſimi adeſte.

Lectione librorum ſpiritualium, & clericalium, qui probati ſint, animos, menteſque veſtras paſcite.

Quatuor præſertim locos, ex Catechiſmi Romani doctrina, de duodecim fidei articulis, de ſeptem ſacramentis, de decē præceptis, de oratione Dominica in promptu, atque explicatè habere, omni ſtudio contendite.

Cum ijs, & præceptorum Eccleſiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & Eccleſiaſticorum rituum, cæremoniarumque notitiam coniungite.

Pauculos libros, quorum neceſſarius delectus vobis, decretis, vel Prouincialibus, vel Diœceſanis præſcriptus eſt, habere

habere ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proque ſtudiorum ratione plures habere poſſunt, eorum optamus, & laudamus in ijs comparandis diligentiam.

At libros de rebus iocoſis, ridiculis, obſcenis, inanibus, ad poeſiſque profanæ ſtudium pertinentibus, vulgari aut latino ſermone conſcriptos, procul abijcite.

Nec verò muſicas cantiones ridiculè, voluptuosè, parumque pudicè exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex ſacris Biblijs legite; ac, ſi per Eccleſiaſticas occupationes licet, qui apti eſtis, aliquid item ex ſanctorum Patrum opuſculis, Gregorij Magni Pontificis, Cypriani, Ambroſij, Auguſtini, Chryſoſtomi, Bernardi, & aliorum, qui ſanctitatis, & doctrinæ laude, in Eccleſia celebrantur.

In ijs ad legendum, Sanctiſſimum Patrem Ambroſium Epiſcopum vobis potiſſimum proponite.

Illius præcipuè librum de ſacerdotali dignitate legite, quo libro Eccleſiaſticos homines commonuit de perfectæ vitæ inſtitutione.

Libros item officiorum, quos vbi primum Epiſcopus is factus eſt, Cleri Mediolanenſis potiſſimum cauſa edidit, in manibus aſſiduis habete.

Hos

Hos, atque alios prætereà libros de Sacerdotalis, Clericaliſque vitæ rationibus, & officijs, de animarum cura, de chriſtianæ pietatis ſtudijs, & exercitationibus, deque alijs eiuſdem generis piè confectos, ita legite, vt quæcumque ad vitæ ſanctæ normam accomodata ex illis animaduertiſtis, ac didiciſtis, moribus exprimatis.

Conciliorum Prouincialium, & Diœceſanorum conſtitutiones, & decreta non percurrite ſolum, ſed vſque adeò ſtudioſè legite, vt quæ legeritis, poſt etiã taciti vobiſcum aliquando mente reputetis; ac videatis ſimul non ſolum ſi quicquam eſt, quod contra illorum præſcriptum egeritis, verum; ſi quid etiam aliud eſt, quod ex eiſdem exequi, præſtariuè omiſeritis, aut neglexeritis. Quod vt præſtetis, curate omninò, atque efficite.

Eſtis diuina miſericordia in Eccleſiaſtico ordine conſtituti ad gloriam Dei conſeruandam, propagandamque: ideò tum ordinis veſtri miniſterium, quod explere debetis, videte, tum illius dignitatem, ac decorum ſeruate.

In inceſſu, ſtatu, geſtu ita vos præbete, vt ab ordinis, quem ſuſcepiſtis, nomine, & ratione, nullo ſanè modo diſcrepetis: propoſito vobis B. Patris Ambroſij iudicio, qui Clero adſcribi honorem recuſa-

cuſauit propterea, quod eius geſtus, & inceſſus dedeceret.

Habitu non exquiſito, non delicato nimis, non ſerico, ne ornamento quidem: rurſus non ſordido, non neglecto, ſed graui, & talari, atque eiuſmodi, tùm domi, tùm foris, pro vniuſcuiuſque veſtrum ordinis, graduſque ratione, vtimini, vt à decretis eo de genere editis, nulla in re, vel minima, diſcedatis.

Coronam, quod inſigne eſt clericalis, pro ratione ordinis, quo vos ſinguli initiati eſtis, latam, & conſpicuam deferte.

Parca, & frugali menſa contenti ſitis, & ſuppellectili etiam modeſta, ac tenui potiùs.

Ab omni ſplendido apparatu, pompaq. ſeculari abſtinete.

Quæcumque acu picta, variè intexta, aulæa item, periſtromata reijcite.

Imagines domi non profanas, ſed eas habete, quæ pietatis, ac religionis argumentum, & adiumentum præbeant.

In omni vita à faſtu, luxu, ambitu, ambitioneue, & à vanitate longè refugite.

Nec verbis quidem præſcriptum vitæ peruertite.

Nihil ſcurriliter, nihil iocosè, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Abſint à vobis maledicta, obtrectationes, curioſitas, leuitas, aſſentationes, ac nugæ. Tem-

Temperantiæ clericalis diſciplinam vobis præſcriptam, in reliquis etiam omninò tenete.

Commeſſationes, compotationes, conuiuia publica, laicaliauè, tùm maximè in quibus mulieres interſunt, euitate.

Hoſpites excipite; at illis excipiendis intra parſimoniæ fines vos continete; ita vt clericalis frugalitatis, non ſumptuoſi conuiuij teſtes illos habeatis.

A ludis, ſpectaculis, circulatorumque atque id genus vilium hominum præſtigijs procul eſtote.

Arma abijcite.

Sic denique cor veſtrum corroborate, vt inania ſpectacula non appetat, à mundi ludis, atque ineptijs abhorreat.

Senſus autem veſtros ita dirigite, vt cum à Deo vtiliter dati ſint, tamquam rationis miniſtri, ne eos perperam adhibeatis, ſicut ſatellites cupiditatum.

Sit igitur veſter oculorum aſpectus ſimplex, & pudicus.

Aurium ſenſus, caſtus, & prudens, caſta mens, caſti omnes ſenſus.

Vitæ, & morum conſuetudo caſta, & ſpiritualis.

Ad eorum Sacerdotum, qui eiuſmodi vitæ ſtudijs, ac diſciplina exercitati sũt, familiaritatem vos adiungite; ex qua vobis veſtræ ad ſanctè agendum progreſſio-

nes

nes conſtent.

Ad caſtitatem autem conſeruandam munite omnem viam.

Legite propterea ſæpe illum B. Cypriani martiris de ſingularitate clericorũ librum, qui vos in hac, vt in alijs inſtruet virtutibus.

Suſpectarum autem mulierum conſortium omninò vitate.

Cum alijs verò quibuſuis mulieribus, quamuis vel arctiſſimo conſanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis illæ coniunctæ ſint, ne in eiſdem domicilijs, ædibusuè ſimul habitate, niſi cum ex cauſa alicui veſtrum aliquando Epiſcopalibus litteris permiſſum ſit.

In famulatu laicorum ne ſitis, multo minus fœminarum, quamuis nobilium.

Nec verò illas Muſicàm, litteraſue docete, niſi ſcripta nominatim facultate ab Epiſcopo permiſſum cuique ſit.

Aedes Eccleſiaſticas ne laicis locate, niſi conceſſu Epiſcopali.

Ac ne ipſas quidem patrimoniales locatione ijs date, quorum vita, moreſue ſuſpecti ſint.

Sæcularibus verò negotijs, vt eſt ſancti Pauli Apoſtoli documentum, ne vos implicate.

A cuiuſuis generis mercatura quæſtuoſa, omni negotiatione, prædiorum

con-

Temperantiæ clericalis diſcipl
vobis præſcriptam, in reliquis eti
ninò tenete.

Commeſſationes, compotatione
uiuia publica, laicaliaue, tùm ma
quibus mulieres interſunt, euitate

Hoſpites excipite; at illis exci
intra parſimoniæ fines vos contir
ita vt clericalis frugalitatis, n
ptuoſi conuiuij teſtes illos habea

A ludis, ſpectaculis, circulato
atque id genus vilium hominum
gijs procul eſtote.

Arma abijcite.

Sic denique cor veſtrum corr
vt inania ſpectacula non appeta
di ludis, atque ineptijs abhorr

Senſus autem veſtros dir
cum à Deo vtiliter
rationis miniſtri,
beatis, ſicut ſat

Sit igitu
ſimplex

Au

...renarum
..., amplecta-
... ardore, inte-
... ſeruate; mundi vo-
...s præceptis decor-
... Eccleſia-
... præda, ſed
... red-
...: humi-
litati

nes conſtent.

Ad caſtitatem autem conſeruandam munite omnem viam.

Legite propterea ſæpe illum B. Cypriani martiris de ſingularitate clericorũ librum, qui vos in hac, vt in alijs [illegible] virtutibus.

Suſpectarum autem mulierum contubernium omninò vitate.

Cum alijs verò quibuſuis mulieribus, quamuis vel arctiſſimo conſanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis illæ coniunctæ ſint, ne in eiſdem domicilijs, ædibusuè ſimul habitate, niſi cum ex cauſa alicui veſtrum aliquando Epiſcopalibus literis permiſſum ſit.

In famulatu laicorum ne ſitis, multo minus fœminar[illegible]

Nec verò [illegible]

cete, niſ[illegible]

Epiſco[illegible]

Ac[illegible]

niſi co[illegible]

era præſtate, Chriſtum: tamini, vt & in primis di- e conformati, tis, dignè Deo ſplendore lai- ratis ad vitam vos repoſitam nũ percipiatis. guli, qui huius pti aliquo mo- Eccleſias quas adſcripti eſtis, us manendum

ædes habitate; trum verè conſti-

atque oneribus ſa-

præſtate ex præſcri- decretis, fructuoſæ, ntiæ ratione.

e item clerici minorum Eccleſijs, quibus adſcri- ordinis, qua initiati eſtis, pietate obite, vt digni deinceps altiorem gradum tæ Dei eccleſiæ inſeru[illegible]

N

conductione,tum alijs vt Prouinciali decreto vobis interdictũ eſt,prorſus cauete

Ne pecuniæ, lucriue auidi ſitis: nemo poteſt ſeruire Deo, & Mammonæ; aut enim vnum odio habebit, & alterum contemnet, inquit Chriſtus Dominus.

Si qui pauperes eſtis, ne cupiatis diuites fieri, vt ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum Diaboli.

Paupertatem veſtram nè moleſte ferte; paupertatem dilexit, & docuit cœleſtis magiſter Chriſtus, qui naſcens in præſepio ponitur, & nudus in Cruce moritur.

Scitote paupertati ſocias adiungi, ſobrietatem, abſtinentiam, & reliquas virtutes, quibus prælucere oportet miniſtros Dei.

Præponite vobis ſanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non ſpectabant, temporalia non quærebant; & nihil ijs tamen deerat, imò in paupertate illis aliquando abundabat, quod alijs erogarent.

Ne igitur quia tenuem redditum habetis, lucrum quærite, nec quæſtum vos appetendo, iniuriam veſtro ordini facite, auaritiæ ſordibus volutati.

Non ſæculi vos mercatores, non mammonæ miniſtri eſtis, ſed Chriſti mercatores: nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ſed bonorum operum abun-

dan-

dantia, cum charitate coniuncta, facitè theſauros in cœlis.

Studete vos lucrari animas Deo, & cœleſte horreum augere.

Exemplo ſanctorum, vos paupertate, ſobrietate, ac parſimonia ita agite, vt non modo à ſuperuacanearum rerum, vſibus abſtinentes, ſed veſtro etiam defraudantes victu, Eccleſias veſtras, & Altaria exornetis, ſarcta tecta habeatis, ſacra ſupellectili inſtruatis; alienis item neceſſitatibus ſubueniatis, & pauperibus opitulemini.

6 Qui verò vberiores Eccleſiaſticos redditus habetis, Eccleſias, è quarum prædijs fructus percipitis, eo magnificentiùs & auguſtius, quo amplioribus donis, boniſue, auguſtioriq. liberalitate illæ dotatæ ſunt, illuſtri ſtructura, præclaro opere reficite, egregijs muneribus exornate, tùm omni Eccleſiaſticæ ſupellectilis apparatu inſtruite.

Chriſti viſceribus ſubſtantiam Eccleſiaſtricam erogate, pauperibus ſcilicet, peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captiuis: quibus egentibus, & eſurientibus cum ſubuenire poſſitis, ſi alimenta neceſſaria denegatis, violatæ charitatis rei eſtis in conſpectu Domini.

Memores eſtote eius, quod à ſanctiſ-

ſimo

ſimo Patre Ambroſio ſcriptum eſt, ſua fideles eo animo obtuliſſe Eccleſiæ miniſtris, vt per eorum manus, quorum fidei, atq; integritati ſumma omnia tribuebant, ad pauperes peruenirent.

Vos item alij, quicumque eſtis, quorum fidei Chriſti patrimonium propriè ad diuini cultus, pauperumque vſum commiſſum eſt, cauete, ne ambitione, aut cupiditate prolapſi, in alium, quam cui addictum eſt, conuertatis, idque proptereà ſacrilegij rei, damnationem æternam ſubeatis.

7 Vniuerſi autem vos, & ſinguli Eccleſiaſtici ordinis homines, vt ſummatim complectamur, quæ muneris veſtri ſunt, vobiſcum frequenter recolite, miniſteriũ veſtrum explere ſtudete, ſanctiſſima ſtudia religionis, & officij veſtri rebus alijs potiora ducite. In rerum diuinarum, ſacrarumq. cognitionem omni cura incumbite: quæ diuina, quæ ſempiterna ſunt, diuitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abiectis, amplectamini. reſtincto cupiditatum ardore, integros, caſtoſque vos ſeruate; mundi voluptates, quæ à diuinis præceptis detorquent, declinate; prædiorum Eccleſiaſticorum, quæ non auaritiæ præda, ſed inſtrumentã charitati relicta ſunt, redditu, & fructibus nõ abutamini: humi-

litati

litati ſtudete, charitatis opera præſtate, induimini Dominum Ieſum Chriſtum: ſanctorumqne eius facta imitamini, vt & horum imitatione, & illius in primis diuinis præceptis, inſtitutiſque conformati, in vocatione, qua vocati eſtis, dignè Deo ambuletis; tum vitæ veſtræ ſplendore laicis hominibus lumen præferatis ad vitam ſanctè inſtituendam, tum vos repoſitam vobis iuſtitiæ coronam demũ percipiatis.

Omnes præterea, & ſinguli, qui huius Eccleſiæ miniſterio adſcripti aliquo modo eſtis, & Diœceſim, & Eccleſias quas in ea obtinetis, quibuſque adſcripti eſtis, ſtationes veſtras, in quibus manendum vobis ſit, putate:

In illis ipſi reſidete.

Eccleſiaſticas ipſas ædes habitate; ibique domicilium veſtrum verè conſtituite, & habete.

Debitis muneribus, atque oneribus ſatisfacite.

Alia item agite, & præſtate ex præſcripta Conciliaribus decretis, fructuoſæ, ſalutariſque reſidentiæ ratione.

8 Quicumque item clerici minorum ordinum eſtis, in Eccleſijs, quibus adſcripti eſtis, ſinguli ordinis, qua initiati eſtis, functiones tali pietate obite, vt digni habeamini, qui deinceps altiorem gradum aſſecuti, ſanctæ Dei eccleſiæ inſeruiatis.

Nemo

Nemo autem veſtrum, quicumque eſtis, ſi alicui functioni eſtis deputati, ab Eccleſiaſtica ſtatione, perſonaliſque reſidentiæ munere diſcedat, niſi cauſis per Epiſcopum probatis, & etiam conceſſu litteris expreſſo.

Hæc quæ communiter, atque vniuersè vos moniti eſtis, ſinguli ſeruate, ſtudiosè, ac diligenter.

9 At præterea ſigillatim, nominatimque vos, qui in Cathedrali Eccleſia dignitates obtinetis, Canonici, item tùm eiuſdem Eccleſiæ, tùm reliquarum quarũuis eccleſiarum collegiatarum, vel vrbanarum, vel Diœceſanarum, quicumq; ſitis, in omni canonicalis diſciplinæ officio ita agite, vt canonicè, nempè canonum legibus ad vitæ veſtræ inſtitutum pertinentibus, & Conſtitutionum Prouincialium, Diœceſanarumque rationi congruenter viuatis. Idque primò maximè ſtudete, vt in conſpectu Dei omnipotentis puro corde, & caſto corpore miniſtretis.

Tùm ſinguli vos, ordinis dignitati, aut Canonicatui annexi functiones explete: Canonicaliſque muneris partes præſtate: omnes in choro ſtatis horis aſſiſtite, & ad Deum pro fidelibus, pias, religioſaſq. fundite precationes.

Dum eo loco eſtis, memores eſtote adeſſe

adeſſe Chriſtum Ieſum Dominum, cui ſeruite cum timore, & tremore.

Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes adeſtote, non mente vaga, non vagis oculis, nō indecenti corporis ſtatu.

Attentè, ſtudioſè, ritè, piè, religioſè, diuinas laudes concelebrate, & pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cordibus veſtris Domino.

In choro nemo priuatim, nemo tacitè officium recitet; ſed omnes pariter, quicumque adeſtis, ſenes cum iunioribus, laudate nomen Domini in pſalmis, hymnis, & canticis.

A quibuſcumque colloquijs, & à litterarum, librorum lectionibus, atque omni vagatione abſtinete.

Pro temporis autem, & officij ratione ſedete, ſtate, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accurate demum omnia obſeruate, quæ eo de genere vobis præſcripta ſunt, ita vt veſtro exemplo alijs ſacerdotibus, clericiſque & rectè, riteque pſallendi, & ſanctè orandi, & piè agendi animum addatis.

In pſalmorum autem, canticorum, & hymnorum intelligentiam ſtudioſè incumbite: vt, dum pſallitis, pro ſenſuum ſanctiſſimorum, quos mente concepiſtis, ratione, vos ad omnem pietatis, deuotioniſque affectum excitetis.

Non ordinariæ diſtributionis lucro adducti; ſed Dei charitate, religioniſque cultu commoti, diuinis officijs adeſte, vt verè, ex animoque pſalmi verba illa concinatis. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Diuinis officijs abſolutis, paululum omnes in choro piè orate; inde abeundi ſigno per præfectum dato, conſurgentes, quo ordine ad chorum acceſſiſtis, eodem in ſacriſtiam redite: vbi cappas, qui illas induti eſtis, & ſuperpellicea, ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite.

Canonicales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete.

Omnes, qui debetis, ad illos conuenite.

Inde ne diſcedite, niſi miſſione à Capituli præfecto impetrata.

Singuli ordine, & loco ſedete.

Sententiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco, non præpoſterè.

A verbis ſcurrilibus abſtinete.

In rebus conſultandis rixas, iurgia, & contumelias cauete.

In initio, & fine vniuſcuiuſque capituli ſtatas orationes dicite.

Priori loco tractanda proponite, quæ ad diuinum cultũ, ad ſpiritualis vitæ progreſſionem, ad Eccleſiaſticam diſcipli-

nam

nam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto ſeruate, quæ Prouincialibus Cōſtitutionibus præſcripta ſunt.

Omnia in primis agite pace mutua, cōcordi voluntate, & charitate fraterna vos inuicem diligite. Canonici enim eſtis, qui ſicut pro collegij ratione ex antiquo inſtituto vna in collegiata Eccleſia, vnoque item in canonicali domicilio collocati fuiſtis, ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnaque animorum conſenſione coniunctiſſimi, ſicut naſcentis Eccleſiæ miniſtri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiendo videte, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt, quàm bonum, & quam iucundum ſit, habitare fratres in vnum

10 Quicumque verò eſtis, qui inter Canonicos, Præpoſiti, aut Archipresbyteri, aut alterius dignitatis nomen, gradumue obtinetis, ſicut honore, & dignitate præſtatis, ita virtutum exemplis, vigilantique in veſtri muneris, curæuè partibus obeundis ſollicitudine prælucete.

11 Parochi præterea, & cæteri, quicumque eſtis, etiam Præpoſiti, Archipresbyteri, alijuè, qui animarum curam geritis, præter ea, quæ vos cum reliquo

Clero communia vniuerſè monuimus, illa etiam, quæ præcipuè de vobis decreta ſunt, præſtate omni ſollicitudine.

In primis oues, vobis concreditæ, cognoſcendæ ſunt, & appellandæ nominatim, paſcendæ, & cuſtodiendæ item.

Animarum igitur numerum in catalogum redigite ad præſcriptam normam.

Eorum, qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam, qui adhibentur, nomina deſcribite.

Matrimonia in codicem referte.

Parochiæ veſtræ incolarum vitam, & mores inueſtigate.

Indagate omni ſtudio, ſi qui hæreſi contaminati ſint, aut ſuſpecti, aut ſi qui ſint, qui hæreticorum libros habeant, vendant, emant, importent, vel legant, eoſque ſtatim denunciate.

Monete etiam populum, vt idipſum etiam præſtet, ad noſtri edicti præſcriptum, quod ſtatis temporibus de more promulgate.

Perquirite de dictis, & factis eorum, qui ex hæreticorum finibus veniunt.

Diſpicite, ſi qui è Parochiæ veſtræ finibus ad loca proficiſcantur, vbi impunè prædicatur, quod à catholica fide alienum eſt: tum etiam an ij profectionis facultate impetrata agant ad præſcriptum decreti in Conc. Prouinc. 3. promulgati.

Inue-

Inueſtigate præterea de ijs, qui in veſtra Parochia docent, eorundemque mores, vitam, & fidem obſeruate, ac reliqua de ijs ipſis præſtate, quæ Concilijs Prouincialibus præſcripta, iuſſauè ſunt.

Videte, & cauete, ne ſuperſtitiones, magicæ cantiones,& eiuſmodi diabolicæ ſuperſtitiones in populo veſtro ſint.

Cognoſcite publicos peccatores, corruptores aliorũ, concubinarios, adulteros, vſurarios, blaſphemos,& denũciate.

Cognoſcite etiam alios populorum corruptores, qui feſtis diebus, non Deo, ſed aleis,ludis,choreis, Diabolo ſeruiunt, quique feſtorum dierum cultum quouis modo violant, quales, quales ſint: neq; obſeruant Pontificias, neque Prouinciales de diebus feſtis colendis conſtitutiones, aut edicta Epiſcopalia.

Iſtos ab ea malè agendi corruptela reuocare, ac deterrere, omni pietatis officio ſtudete: tũ Epiſcopo etiam, ſi opus erit, ſignificate, vt pro curæ Epiſcopalis officio ſalutare remedium afferatur.

Rurſus agnoſcite etiam pauperes, viduas, pupillos, cæteroſque aliena ope egentes, quibus, & ſalutari conſilio, & conſolatione, & re ſubuenite; aut ſi minus re poteſtis, cohortatione alios accendite ad eos ſubleuandos.

Sique illorum grauior inopia depoſcit,

feſtis etiā diebus à pia fideliū liberalitate aliquid in Eccleſiam colligēdum curate, vt ab Epiſcopo præſcribetur, quod ipſis in eleemoſynam conferatur.

Seorſum etiam locupletes Parochiæ incolas conuenite, quibus pauperum egeſtates proponite, & oſtendite eis diuitias à Deo propterea etiam eſſe tributas, vt inopibus ſuccurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppreſſi ſunt, illos vnicè, atque intimè eorum patrocinio commendate, qui vel ex ſuſcepto officio id præſtare debent, vel quibus Epiſcopus hanc curam dederit.

Paſcite in primis populum vobis commiſſum, prædicatione Verbi Dei, ſalutaribus monitis, adminiſtratione item Sacramentorum, exemplo, & oratione.

In verbo Dei exponendo planè obſeruate, quæ conſtitutione Prouinciali, & alijs concionatoribus, & vobis præſcripta ſunt.

Pueros feſtis, Dominiciſque diebus, in Doctrinæ Chriſtianæ rudimentis inſtruite

Prouectioris ætatis homines ad eam intelligendam, inuitate.

Patres, Matreſque familias monete, vt filios, filias, cæteroſque, quos in familia habent, ad ſtatas Doctrinæ Chriſtianæ ſcholas ipſi conducant.

Con-

Confratrum, qui ijs ſcholis adſcripti ſunt, operam ad hoc inſtitutum adhibete, curateque, vt mutua inter eos charitas, morumque diſciplina conſeruetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores reddite, atque excitate, tùm aſſiduis veſtris cohortationibus, tùm promulgatione theſauri ſpiritualis indulgentiarum ijs conceſſi, qui ijs ſcholis aſcribuntur, in illiſque operam nauãt.

Ne omittite diebus feſtis inter Miſſarũ ſolemnia aliquid ex ijs, quæ in Miſſa leguntur, fidelibus exponere, & ſanctiſſimi illius ſacrificij myſterium aliquod explanare, & aliquando ſanctiores illius ſacrarum cæremoniarum, rituumque rationes, & ſignificationes explicare; quo diligentiùs inſtructi in dies, ſacroſancto illi ſacrificio religioſiùs interſint.

Docete item, quo modo fideles ſigno Miſſæ celebrandæ dato ſe corde contrito ad eam ſanctè audiendam parent.

Curate, atque efficite perpetuis veſtrum monitionum officijs, vt in illa viri aperto capite, mulieres velato; & in omni eius parte vtroque genu flexo, præterquam in Euangelio, adſint.

Inſtruite etiam eos, quam religioſè, non ſolum in Miſſæ ſacro, verum etiam in diuinis alijs officijs verſandum.

Quando ſtandum, quando genua fle-

ſtenda, quando aſſurgendum.

Quàm valdè, dum illa fiunt, celebranturuè, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores, imò verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione, & myſteriorum, quæ aguntur, contemplatione, religioſaque oratione animus diſtrahitur: quam denique ſtudioſè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum ſanctitate, & cultu aliena.

Rurſus quam ſancte item, quam religioſè, & quam demiſſo, humilique habitu in ſupplicationibus, litanijs, & ſtationibus verſandum ſit.

Qua reuerentia, quouè pietatis ſtudio in Eccleſijs, locisue ſacris manendum ſit, quæue ab alijs procul abeſſe debeant; idque ex ſanctionibus Pontificijs, conſtitutionibus conciliaribus, Epiſcopalibus præterea edictis.

Qua etiam, non ſolum intima religioſi animi præparatione, ſed externa etiam, cultus, veſtituſque modeſtia, humili genuflexione, & armis depoſitis, ad ſanctiſſimam Communionem, tùm etiam ad cætera ſacramenta accedendum ſit.

Tum docete, ac monete quomodo dies feſti colendi, & ſanctificandi ſint.

Oſtendite indigniſſimum eſſe, ſacris illis diebus non modo à nefarijs operibus, illi-

illicitiſque negocijs non abſtinere; verũ etiam religionis, ac pietatis opera non præſtare omni diligentia.

Ac præterea nefas eſſe ſacros dies ad maxima Dei beneficia colenda, ſummaſq. ei laudes perſoluendas, ac debitum ſanctis honorem tribuendum inſtitutos, ad illa traduci, quæ ab eo cultu abhorrent; qualia ſunt tripudia, ludi, choreæ, ſpectacula, quibus ad turpes illecebras incitantibus, ſalutis humanæ hoſtis, diabolus oblectatur.

Denunciate item ſtata ſacrorum temporum ieiunia, docete quomodo ieiunandum, quæ peccati grauitas in violandis ſacris ieiunijs.

Quæ præterea chriſtianæ pietatis officia in Sanctorum vigilijs.

Quam ſancte obſeruandum quadrageſimale ieiunium. Statis autem ſolemnibus, vel Aduentus, vel Septuageſimæ, vel aliorum temporum celebritatibus præmonete fideles, atque diligenter ex paſtoraliũ etiam litterarum præſcripta recitatione, ac ratione inſtruite ad ſacra illorum temporum myſteria, ſanctis pietatis officijs religioſè colenda.

Vtque ijs omnibus pro temporum, ſolemnitatũq. ratione illi inſtrui poſſint, ſepè monete, Dominicis, alijſque feſtis diebus, quemadmodum ſacra Tridentina

Synodus optat, ad Parochialem Eccleſiam conueniant.

Qua in re ſæpius monitionem paſtoralé eo de genere frequenti populo legite.

Sæpè autem, ac diligenter eoſdem docete, quam aſſiduè orandum ſit.

Quomodo, & tacita ſupplicis mentis meditatione, & pijs ſtatis orationibus precandum.

Quam ſtudioſè,ac religioſè ſuſcipiendum veſpertinæ communis orationis inſtitutum, quam diligenter illud ſemel ſuſceptum piè retinendum.

Ideoque, cum alias ſepè in anno eam orandi rationem, cum indulgentijs conceſſis per ſumma capita explicate; tùm præcipue diebus Conc. Prouinc. tertio conſtitutis, in maxima populi frequentia deſcripto pronunciate, atque euulgate.

Dominici diebus inſtituite populum, & monete pro quibus oret, vt eſt in eodem Prouinciali concilio decretum.

Tum præterea quas, ſingulis hebdomadæ ferijs, præcipuas precationes,chriſtianaſque meditationes, atque in orando exercitationes ſibi propoſitas in promptu habere poſſit.

Quam ſæpiſſimè vero ſermonibus veſtris populo proponite locos perpetuæ chriſtianæ meditationis, de morte, de iudicio, de inferno, de gloria, & de præmio

mio Paradiſi.

Monete præterea ſedulo, ac frequentiſſimè patres, matreſque familias, vt liberos familiamque ſuam ad pietatis, chriſtianarumque virtutum diſciplinam religiosè inſtituant.

Ad hoc propterea patres familias inducite, vt de vitæ ſpiritualis ratione, & pijs exercitationibus libros probatos domi ſuæ habeant; in quorum lectione verſentur: ſeſeque ac familiam inſtituant ad ſanctè agendum.

De Patrumfamilias officio, familiæque inſtitutione, editam in Concilio tertio Prouinciali conſtitutionem in Parochiali conuentu legite, ſingulaſque eius partes explicate.

Tùm alia præterea docete, quæ opportuna exiſtimaueritis, quibus illi ſe ſuamq. familiam in chriſtianæ vitæ inſtitutis, atq; exercitationibus conforment.

In officinis etiam, & tabernis diſciplinæ, vitæque chriſtianæ rationes obſeruate. Si quid autem, vel ab artificibus, vel ab inſtitoribus, operarijſque committi animaduerteritis, quod diſſolutæ diſciplinæ ſit, id officinarum, tabernarumuè dominos grauiter monete, oſtenditeque ea in re officij ſui partes.

Eſtis participes, & ſocij laborum, curæque Epiſcopalis, & in meſſe Epiſcopo

commiſſa, operarij eſtis: elaborate vna cum eo, & contendite, vt populus, cuius cura geritur, tanquam purum triticum, auxiliante diuina miſericordia, congregetur in horrea cæleſtia.

Depoſitum cuſtodi, inquit Apoſtolus Paulus. id quod vobis ſingulis dictum eſſe putate, vt in grege, tanquam in depoſito fidei, curæque veſtræ commiſſo diligenter cuſtodiendo, ab omnique peccati labe conſeruando, cogitationem, ſollicitudinem, curam, ſtudiumque omne collocetis.

Parochiæ igitur, vnicuique veſtrum concreditæ viciniam, cùm à cæteris vitijs omnibus vos ſinguli ſollicitè cuſtodite; tum curate etiam, ne odia, ſimultates, inimicitiæ, factiones, nec non temere iurandi, maledicendi, imprecandi, prauæ conſuetudines, ac ne detractiones quidem in ea ſint.

At vitia in primis, & peccata, ad quæ populum procliuiorem eſſe animaduertitis, reprehendite, atque exagitate.

Nec vero diſſimulate peccata, ſed annunciate populo ſcelera eius: publicè peccantes coram omnibus arguite, vt & alij timorem habeant.

Idque agite ſpiritu fortitudinis Domini &, vt ſtrenui eius milites, bonam militiã militate, nihil planè trepidantes.

Si ab

Si ab increpatione vos monet Sanctus Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia inſurgere reformidatis;non iam Dei lucra, ſed veſtra quæritis.

Non maledictis, non vexationibus,non calumnijs, non alicuius generis contumelijs illud, vel increpandi, vel palam arguendi officium deſerite, modò Chriſti, & animarum ſaluti ſeruiatis.

Rurſus non aucupandæ hominum gratiæ ſtudio id agere deſiſtite. Seruus Dei non eſſem, ſi hominibus placerem, inquit Apoſtolus.

Væ vobis tacentibus, aut diſſimulantibus, ſi grex curæ veſtræ commiſſus perierit: ſanguinem eius de manibus veſtris requiret iuſtus, & omnipotens Deus

Si igitur peccatur, ne in increpationibus verba veſtra blãdientia ſint; ſed,vt à Spiritu ſancto ſcriptum eſt, ſtimuli ſint, & quaſi claui in altum defixi.

Inſtate opportunè, importunè, priuatis etiam admonitionibus, conſilijs, correptionibus, obiurgationibus,vt peccantes, adiutrice diuina gratia, in viam ſalutis reuocetis.

In vſum etiam ſanctè, ita reuocate fraternam correctionem, vt non modo mutua chriſtiana charitate vos ipſos corripiatis; ſed reliquos item, præſertim Parochiæ incolas, id charitatis, & correctio-

rectio-

rectionis officium recte doceatis.

Ad ſermonum vero, admonitionũ, correctionum partes explendas, locos vobis comparate, præcipue ex Doctrina Catechiſmi Romani, in quo magna cum populorum veſtrorum ſalutari vtilitate verſari diligenter poteſtis,

Neque ad hoc multiplicis veſtræ Eccleſiaſticæ tractationis genus negligite, adiumenta, quæ aliunde vtiliter capere poteſtis.

Cætera autem officia, quæ in ſacramentorum adminiſtratione, in aſſidua ad frequentem eorum vſũ cohortatione, in ægrorum cura, in alijs Parochialis muneris functionibus, vobis Prouincialibus, Diœceſaniſque conſilijs, præſcripta ſunt, præſtate, atque exequimini accuratè: ad earumque conciliarium Conſtitutionum, decretorumuè normam, omni obſeruantiæ, atque obedientiæ ſtudio vos planè conformate.

Quæ verò decretorum Prouincialium, vel Diœceſanorum partes ad laiços, eorumque chriſtianam diſciplinam attinent, quo ſepius euulgatæ, atque inculcatæ, ſeruentur diligentius; illas, ſummatim vulgari ſermone expreſſas, crebro, prout vſu venerit, populis veſtris proponite, denunciate, explicate, atque in conſuetudinem inducite.

Quæ-

Quæcumque denique vel ad vos, vel ad laicos curæ veſtræ commiſſos pertinent, ea decreta, quo maximo poteſtis ſtudio, in omnem executionem, diſciplinæque vſum introducite. Videteque in primis, ac perpendite, quæ ſint, & quam religioſæ muneris veſtri partes; caueteq. vt in officijs, & curæ veſtræ functionibus, non modo quicquam vos non committatis, ſed ne omittatis quidem: cum in ſacerdotali vita, pro muneris, quod ſuſtinetis, ratione, tum grauiores, tùm longè plures, quam in cæteris hominibus eſſe poſſint, omiſſionis culpæ.

12 Vos præterea reliqui Sacerdotes, quicumque eſtis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quæ Eccleſiaſtici ordinis hominibus de diuinorum officiorum cultu, de vitæ honeſtate, de ſtudijs, & vitæ ſpiritualis exercitationibus præſcripta, aut monita generatim ſunt, tum quæ nominatim, ſigillatimque ad præcipuam veſtram executionem attinent, præſtare omninò.

13 Vos item reliqui Clerici inferiorum ordinum, quæcumque ad vos, vel nominatim, vel generatim ſpectant, agite omnia, ſicut clericalis vitæ ratio, Canonum, & Conciliorum decretis præſcripta, poſtulat.

Chriſti eſtis, nempè de ſorte Domini, & ipſe

& ipſe Dominus ſors,pars ſcilicet veſtra: tales præbete vos, vt & ipſi poſſideatis Dominum, & poſſideamini à Domino, verèque dicatis, Dominus pars hæreditatis meæ.

Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus, vt ſtetis coram eo, & miniſtretis illi.

Videte igitur,quàm valdè intentos vos eſſe oporteat miniſterijs veſtris, & quam magna vitæ, morumque caſtitate.

Proborum hominum tantum, præcipuè Sacerdotum, vitæ ſpiritualis laude præſtantium, familiaritate vtamini: ex quorum conſuetudine tum fructum vos capiatis, tum Epiſcopus meliorem in dies de vobis opinionem concipiat.

Maiores veremini, & obſeruate; eiſdemque recte monentibus obtemperate.

Præter latinæ linguæ, & litterarum ſtudia, Eccleſiaſticæ in primis diſciplinæ inſtitutionibus diligenter incumbite.

Sic demum vos moribus, & vitæ modeſtia probate, vt & à Parochis, & à Præceptoribus veſtris, tùm etiã à populo bonũ teſtimonium Epiſcopus habeat, voſque dignos iudicet, quos maioribus ordinibus adſcribat.

14 Vos vero,qui vel viſitationis munus geritis, vel clericalis diſciplinæ curæ, quouis nomine præfecti eſtis, vel in Dice-

Diœceſi Vicarij foranei conſtituti,in explendis muneris, atque officij vobis commiſſi partibus, ſedulo inuigilate, atque elaborate.

Onus, quod ſuſtinetis, quam graue ſit, quam plenum curis, perpendite; tum quam in eo vobis committendo ſpem, fiduciamque Epiſcopus habuit, videte; tũ efficite, vt eius expectationi reſpondeatis, vigiliarum veſtrarum ſtudijs, aſſiduaque ſollicitudine.

Eccleſias, quæ in vniuſcuiuſque veſtrũ regione ſunt, ſedulo viſitate, earumque partes ſingulas inſpicite.

Perueſtigate in vniuſcuiuſque Parochiæ finibus, an aliqua publicorum peccatorum labes, an flagitia, quibus Epiſcopali cura Epiſcopus medeatur, neceſſe ſit.

Vniuerſo Clero, pro regione commiſſa, inuigilate diligenter; illudque in primis videte, vt in diſciplinæ Eccleſiaſticæ moribus, atque officijs ſe contineat, clericaliſq. moderationis legibus congruenter viuat.

Indecentem eius habitum omninò reijcite, morum ſanctæ vitæ, ſacrarumque litterarum, & inſtitutionis Eccleſiaſticæ ſtudia,ſi quæ in eo langueſcunt, excitate.

Clerici autem minorum ordinum, in hoc maximè vobis commendati ſint, vt illo-

illorum omnes, tum in vitæ moribus, tum in litterarum, Eccleſiaſticæque doctrinæ ſtudijs progreſſiones accuratè exploretis, atque, vt maximè poteſtis, paternis cohortationibus, atque obiurgationibus, ijſque aſſiduis adiuuetis.

Eccleſiarum item cultum, nitorem, cæteraque eius generis omnia curate veſtra diligentia, quæ totis in Chriſto viſceribus ab vnoquoque veſtrum expetitur.

Quæcumque verò, vel Prouincialium, Diœceſenarumque Synodorum decretis, vel præcipuis inſtructionibus, vel viſitationum iuſſis præſcripta ſunt, ea omnia, vt re ipſa præſtentur, ſtudioſè perpetuò agite.

15 Hæc omnia, & ſingula his monitionibus nominatim, ſigillatimque expreſſa, tum cuncta, item reliqua, vel Concilijs Prouincialibus, Diœceſaniſque ſancita, vel alio modo vobis præſcripta, vos omnes, ac ſinguli, quorum intereſt, quanto poteſtis amore, & pietate, non amplectimini ſolùm, & legite; ſed mente, animoque comprehendite, ſeruate, omnique ſollicita executione præſtate: totoſque vos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & conſtitutionum rationem accommodate. Quod omne vt faciatis, ſicut nos pro Epiſcopalis noſtri officij munere vos in hoc Diœceſano conuentu

ex

ex concilij Prouincialis præſcripto commonefecimus, ita etiam vnumquemque veſtrum, per vnigeniti filij Dei aduentũ, per eius Crucem, perque animarum veſtrarum ſalutem obſecramus, obteſtamur, diuinaq. obteſtatione monemus. Rurſuſq. vobis ipſis vniuerſis, & ſingulis edicimus, ſi quis veſtrum conſtitutionibus, decretiſque, vel Prouincialibus, vel Diœceſanis, veſtra cauſa editis, non paruerit, contra eum nos actores eſſe Eccleſiaſticis, Canoniciſque ſanctionibus.

Cauete igitur, ne quem vobiſcum paternè modò agentem, ſollicitèque monentem, & in conſpectu Dei vos hoc ſacro loco deprecantem, auditis, eundem rurſus in hac vita ſolum culpas veſtras animaduertentem, ſed in diuino præterea iudicio eaſdem accuſantem audiatis.

At ipſe Deus, & Pater noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat vias veſtras in omni ſancta obedientia; exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono, ita vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, per omnia ei placentes: ſicque ſanctis veſtrarum virtutum progreſſionibus probati, appareatis ante Deum, & Patrem noſtrum, an Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis eius. Amen.

INDEX CATALOGI
Excommunicationum.

Caput primum, continens excommunicationes contra Prælatos.

1 *Card. ſimon. &c in elect. PP. p. 31*
2 *Card. reuelãtes ſecreta Cõſiſt. 31*
3 *Card. & alios ambiẽtes Papatum. 32*
4 *Card. & alios omnes ſimoniacos. 32*
5 *Suſpenſos à collatione, & præſentatione benefic. & officiorum, ſi conferant, vel præſentent. 32*
6 *Trahentes alias perſonas Eccleſiaſt. ad forum laicale. 32*
7 *Inferiores Epiſcopis publicantes Indulgent. cum ſuſpicione ſimoniæ. 33*
8 *Prælatos donantes aliquid nuntiantib. prouiſiones beneficiorum. 33*
9 *Conſentientes electioni ſuæ indebitæ in Papatum. 33*
10 *Epiſcopos in Ciuitates diuerſarum linguarum ſe intrudentes. 34*
11 *Nuntios impetrantes à Principibus fauores ad dignitates. 34*
12 *Prælatos permittentes Fraticellorum ritum. 34*
13 *Prælatos à Curia Romana abſque licentia Papæ diſcedentes. 35*
14 *Sacerdotes poſt monitionem retinentes præfecti ſecularis offic. 35*

Caput

Caput ſecundum, continens excommunicat. contra Clericos.

1 *PArticipantes in diuinis cum excommunicato à Papa.* 36
2 *Inducentes aliquem ad promittendum de ſepultura.* 36
3 *Non inſeruientes beneficio curato contra iuramentum.* 37
4 *Simoniam realem in beneficio, vel Ordine committentes.* 37
5 *Simon. confidentialem committẽtes.* 38
6 *Conſentientes occupantibus bona Eccleſiaſt.* 38
7 *Trahentes aliam perſonam Eccleſiaſticam ad forum laicale.* 38
8 *Donantes nuntiantib. prouiſiones.* 38
9 *Locantes domos publicis Vſurarijs alienigenis.* 39
10 *Studentes Medicinæ, vel Legibus.* 39
11 *Habentes offic. Præfecti ſecular.* 39
12 *Matrimon. de facto contrahentes.* 39
13 *Locantes res Eccleſ. vltra trienniũ.* 40

Caput tertium, continens excommunicationes contra Religioſos.

1 *INducentes aliquem ad promittendum de ſepultura.* 41
2 *Miniſtrantes Vnct. extremam, Euchariſtiam,*

riſtiam, Matrimonium ſine licentia Parochi. 41
3 *Euntes vltra mare ſine licentia Superioris.* 41
4 *Simoniacè accipientes aliquid pro ingreſſu Monaſt.* 42
5 *Mendicantes, tranſeuntes ad non Mendicantes.* 42
6 *Detinentes Apoſtatas Frat. Prædic.* 42
7 *Minores, & Eremitanos recipientes in ſuam* Relig. *Prædicatores.* 43
8 *Recipientes in ſuam Relig. Ieſuitas.* 43
9 *Humiliatos dantes alicui habitum.* 43
10 *Minores tempore interdicti admittentes ad diuina Tertiarios.* 43
11 *Superiores non denuntiantes ſuos ſubditos ſuſpectos de hæreſi.* 44
12 *Superiores permittentes ingreſſum prohibitum in Monaſter.* 44
13 *Dimittentes habitum.* 44
14 *Accedentes ad ſtudia ſine licen.* 45
15 *Exeuntes è Monaſterijs pro ſtudio Medicinæ, vel Legum.* 45
16 *Non ſeruantes Interdictum ſeruatum à Matrice.* 45
17 *Sibi appropriantes decimas.* 45
18 *Proficiſcentes ad aulam Principum malo animo contra ſuos.* 46
19 *Auertentes à ſolutione Decimarũ* 46
20 *Contrahentes de facto Matrimon.* 46
21 *Sequentes ritum Fraticellorum.* 46

22 *Men-*

22 *Mendicantes loca accipientes, vel detinentes ſine licentia.* 46
23 *Mendicantes quoſdam, qui recipiunt aliquem ad ſuum Ord.* 47
24 *Monachos habentes arma intra Monaſterium.* 47
25 *Sacerdotes habentes offic. Prapoſit ſecular.* 47

Caput quartum continens excommunication. contra Fœminas.

1 *Moniales inducentes aliquem ad promittendum de ſepult.* 48
2 *Moniales exeuntes de Monaſt.* 49
3 *Moniales intromittentes viros intra Monaſteria.* 49
4 *Moniales contrahentes de facto Matrimonium.* 49
5 *Fœminas ſequentes ritum Beguin.* 49
6 *Fœminas ingredientes Monaſteria Religioſorum.* 49
7 *Fœminas ingredientes Monaſteria Monialium.* 50

Caput quintum continens excom. contra Confeſſ. & Concionatores.

1 *Confeſſarios abſoluentes à caſibus reſeruatis.* 50
2 *Confeſſarios abſoluẽtes à quinq; votis* 51

3 Con-

Google

3 *Concionatores, qui prædicant miracula falſa.* 51
4 *Concionat. & alios taxantes opiniones de Concept. B. Virg.* 51
5 *Concionat. taxantes Relig. Minorum, vel Prædicatorum.* 52
6 *Concionat, & alios impugnantes Montes Pietatis.* 52
7 *Confeſſ. Relig. non facientes ſcrupulum de Decimis.* 52

Caput ſextum continens excomm. contra Officiales, Inquiſit. & Commiſſ.

1 *INquiſitores, & alios S. Officij omittentes procedere, &c.* 53
2 *Inquiſitores, & eorum Commiſſarium extorquentes pecuniam.* 54
3 *Commiſſarios conſentientes alienationi bonorum Eccleſiaſt.* 54

Caput ſeptimum continens excommunic. contra Dominos Temporales.

1 *COgentes Sacerdotes in locis interdictis celebrare.* 55
2 *Concedentes duellum.* 55
3 *Prohibentes ſuis ſubditis vendere Eccleſiaſticis.* 56
4 *Non procedentes contra Cardinalium inſecutores.* 56

5 *Non ſeruantes ſeruanda in elect. PP.* 56
6 *Non obedientes Epiſcopis in hæreticis requir.* 57
7 *Fauentes Vſura.* 57
8 *Facientes ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines contra libert. Eccleſiaſt.* 57
9 *Concedentes repreſal. contra Eccleſ.* 58
10 *Non iuuantes Epiſcopos in clauſura Monialium.* 58
11 *Non obedien. Card. Inquiſ. Gener.* 58
12 *Permittentes fieri taurorum, vel ferarum agitationes.* 58
13 *Non facientes inquiri in domibus Iudæorum Talmut.* 58
14 *Facientes fieri Matrim. ab inuitis.* 59
15 *Non facientes iuſtitiam poſt trinam monitionem.* 59

Caput octauum continens excommunic. contra Status particulares.

1 *Officiales S. Pœnitentiariæ accipientes aliquid, etiam à ſpontè dantibus.* 60
2 *Iudices intromittentes ſe in officio Auditoris Cameræ.* 60
3 *Officiales Montis Pietatis diſtrahentes pecunias Montis.* 60
4 *Eccleſiaſticos recipiẽtes Bannitos in Regno Neapolit.* 60
5 *Aſſiſtentes in Tribunali Cameræ, non ſeruan-*

ſeruantes ſeruanda. 61
6 DD. *docentes Relig.Med. vel Leg.* 61
7 DD. *promouentes ad gradus contra Bullam Pij IV.* 61
8 *Officiales Sedis Apoſtolicæ concedentes Archibuſetos.* 62
9 *Officiales Terrarum PP. pœnas pecuniarias non applican. Cam. Apoſt.* 62
10 *Impedien. Notar qui offic. emerunt.* 62
11 *Offic. Pœnitent. intromittentes ſe in prohibitis ſibi à Pio IV.* 62
12 *Offic. & omnes, qui moleſtant Religioſos Mendicantes, & eorum colonos, & bona per Gabellas, &c.* 63
13 *Parochos, & Mendicantes in Germania pacem violantes.* 63
14 *Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes.* 63
15 *DD. & Scholaſt. Bonon. conducentes domos alterius DD. vel Schol.* 63

Caput nonum, continens excommunic. contra omnes.

1 *PErcuſſores Clericorum.* 64
2 *Perſeueran. per annum in excom. inflicta à Deleg. PP. & hab. lit. Apoſtolic. falſas.* 66
3 *Incendiarios.* 67
4 *Raptores, & fractores Eccleſ.* 67
5 *Aggrauantes eos, qui excom. &c.* 67

6 *Nominantes in Senatorem Rom. perſonas prohibitas.* 68
7 *Interd. ab Eccl. exire nolentes* 68
8 *Exenterantes corpora fidelium.* 68
9 *Simoniac. pro ingreſſu Monaſt.* 69
10 *Simon. pro ordine, vel benefic.* 69
11 *Taxantes opin. de Concept. B. Virg.* 69
12 *Viol. clauſur. Monial.* 69
13 *Fingen. ſe priuileg. pro expediendo Bulla gratis.* 71
14 *Ornamenta de Eccleſ. ſurripien.* 71
15 *Script. Cam. Apoſt. ſurripientes.* 71
16 *Ambientes Papatum.* 71
17 *Se pro alio ſupponen. in examin. ad beneficia.* 72
18 *Deferentes alumina ex infidelibus ad fideles.* 72
19 *Ad Conclaue, vel de Concl. ſcrib.* 72
20 *Non reuel. crimin. contra Cardin.* 72
21 *Capientes Chriſtianos, qui habitant inter Turcas.* 72
22 *Recipientes PP. indebitè electum.* 73
23 *Capientes fruct. beneficij vacantis.* 73
24 *Suadentes PP. vt alienet loca Eccleſ.* 73
23 *Promittentes pro iuſtitia, vel gratia obtinenda à Sede Apoſt.* 73
26 *Iurantes, vel iurare facientes illic.* 74
27 *Crimin. notorios furantes in Italia.* 74
28 *Facientes ſponſiones ſuper Pontificis vita, &c.* 74
29 *Extrahentes delinq. è locis ſacris.* 75

30 *Taxantes Inſtitutum Ieſuitarum.* 75
31 *Duellantes.* 75
32 *Extrahentes ex Statu Eccleſiaſtico frumenta, &c.* 76
33 *Inuadẽtes bona exiſtentiũ in Cõcl,* 76
34 *Cõuertentes bona Eccleſ. in propriũ vsũ per vim, vel ſuppoſitas perſonas.* 76
35 *Occupan. bona Eccleſ. per vim, &c.* 76
36 *Non dimittentes captiuos liberos.* 77
37 *Impedientes eos, qui volunt Religionẽ ingredi, & alias iniurias facientes ſtatui Religionum.* 77
38 *Accedentes ad Sepulchrum Domini ſine licentia.* 78
39 *Communicantes in crimine cum excommunicatis.* 78
40 *Abſolutos ab excommunicatione reſeruata in periculo mortis non adeuntes, quem adire debent.* 79
41 *Vexantes perſonam Eccl. quia non elegit eum, pro quo rogabatur.* 79
42 *Occupantes loca Eccleſiæ, titulo defenſionis.* 80
43 *Alloquentes Cardinales, dum ſunt in Conclaui.* 80
44 *Vocatos, vt interſint electioni Monial. fouentes diſcordias.* 80
45 *Incitantes Conſeruatores ad procedendum, &c.* 81
46 *Vi extorquentes abſolutionem, vel reuocationem cenſuræ.* 81

47 *Fraude inducentes Iudicem ad exigendum teſtim. fœminæ.* 81
48 *Compellentes Eccleſiaſt. vt iura Eccleſiæ ſibi ſubmittant.* 81
49 *Sepelientes hæreticos, vel eorum fautores in loco ſacro.* 81
50 *Legentes libros hæreticorum.* 82
51 *Sepelientes aliquem in loco interdicto, vel interdictos, aut excomm. aut vſurar. manifeſtos.* 82
52 *Impedientes Viſitat. Monialium.* 82
53 *Contrahentes de facto matrimonium in gradibus prohibitis.* 82
54 *Commentatores Clem. Exiui, de Paradiſo.* 82
55 *Impugnantes literas electi Papæ, antequam coronetur.* 82
56 *Imprimentes, &c. libros, ſine nomine auctoris, &c.* 83
57 *Aſſerentes non eſſe neceſſariam confeſſionem ante communionem.* 83
58 *Raptores mulierum, & fautores.* 83
59 *Impedientes ſententiam Sedis Apoſtol. ſuper ſequeſtratione.* 83
60 *Cogentes mulierem fieri Monialem, & fautores.* 84
61 *Impedientes mulierem ne velum accipiat, vel voueat.* 84
62 *Pingentes, vel pingi facientes Agnus Dei.* 84
63 *Ex vindicta offendẽtes aliquẽ ĩ vrbe.* 85

64 *Aſ-*

64 *Aſſerentes licitum eſſe abſoluere abſentem.* 85
65 *Impedientes Iudices Eccleſiaſt.* 85
66 *Vexantes ſanctum Officium.* 85

Caput decimum continens excommunic. reſeruatas Epiſcopo.

1 *Contra communicantes in crimine cum excomm. ab Epiſcop.* 88
2 *Contra abſolutum ob periculum mortis ab excomm. Epiſcopali, non ſe præſentantem Epiſcopo.* 88
3 *Contra leuiter percutientem Cleric.* 88
4 *Contra excomm. à Papa, non potentes adire Papam.* 88
5 *Contra facientes prohibita ſub pœna excomm. Epiſcopalis.* 88
6 *Contra Fratres Minores tempore Interdicti admittentes ad diuina Tertiarios, poſt præſtitam ſatisfactionem.* 89
7 *Contra cauſantes abortum fœtus animati.* 89

INDEX CATALOGI Suſpenſionum.

Caput primum continet 25. Suſpenſiones contra Epiſcopos.

1 *Conſecratos à vitandis. pag.* 95
2 *Fratres Prędicatores conſecratos antequam reſignaurrint libros, &c.* 96
3 *Exercentes Pontificalia in aliena Diœceſi.* 96
4 *Titulares promouentes etiam in loco exempto ſine licentia.* 96
5 *Ordinantes non ſubditum.* 97
6 *Conferentes primã tonſurã infanti,* 97
7 *Conferentes confirmationem, & conſecrationẽ Epiſcopalem poſt app. &c.* 97
8 *Cõferẽtes duos ordin. ſacros eod. die.* 98
9 *Ordinantes ſimoniace.* 98
10 *Non examinantes electionem ad curam animarum.* 99
11 *Subijcientes bona Eccleſiæ laicis.* 99
12 *Sibi Vſurpantes bona Eccleſiæ.* 99
13 *Abutentes poteſtate in cauſa alienationis rerum Eccleſiæ.* 100
14 *Admittentes reſignationes contra Bullam Pij V.* 100
15 *Locantes domos vſurarijs, &c.* 101
15 *Non procedẽtes contra Hereticos.* 101
17 *Procurantes capi Cler. à laicis ne.* 101
18 *Recedentes à Sede Apoſtolica ſine literis authenticis.* 102

19 Re-

19 *Relaxantes pœnas incendiarijs.* 102
20 *Concubinarios à Synodo admonitos.* 102
21 *Percipientes fructus primi, & ſecundi anni.* 103
22 *Ordinantes quoſdam ſine titulo.* 103
23 *Publicantes indicem gratiarum ex pretio.* 104
24 *Non viſitantes limina Apoſtolorũ.* 104
25 *Contra Eccleſiaſticos bona Eccleſiæ alienantes, &c.* 104

Caput ſecundum continet 15. Suſpenſiones contra Capitula, &c.

1 *Capitula recipientia ſuperiorem carentem literis authenticis.* 106
2 *Occupantia Eccleſiæ vacãtis bona.* 106
3 *Exigentia pretium pro ingreſſu in monaſterium.* 107
4 *Admittentia reſignationes contra Bullam Pij V.* 107
5 *Iudices ferentes cenſuram ſine ſcriptis, &c.* 108
6 *Aggrauantes partem contra iuſtitiam, & conſcientiam.* 108
7 *Conſeruatores ſe intromittentes in non notorijs.* 108
8 *Eligentes indignum ad Epiſcopatum, vel curam animarum.* 109
9 *Electores Epiſcoporum non manifeſtantes electionem electo.* 109

10 Com-

10 *Compromiſſarios eligentes indignũ.* 110

11 *Opponentes contra perſonam electam, & deficientes in probatione.* 110

12 *Eligentes ad præbendam per abuſum ſecularis poteſtatis.* 110

13 *Viſitatores accipientes munera.* 110

14 *Viſitatores accipientes procurationem à locis non viſitatis.* 111

15 *Conferentes, vel recipientes beneficia accidentium ad Curiam.* 111

Caput tertium, continet 19. Suſpenſiones contra Clericos.

1 Recipientes Ordinem ſacrum ab Epiſcopo, qui renuntiauit.* 112

2 *Recipientes Ordinem à vitando.* 113

3 *Recipientes Ordinem ſacrum ſine licentia.* 113

4 *Recipientes Ordinem ſacrum ante legitimam ætatem.* 113

5 Recipientes *Ordinem ſacrum extra tempora.* 114

6 *Recipientes plures ordines ſacros eodem die.* 114

7 *Recipientes Ordinem ſine teſtimonio ſuæ probitatis.* 114

8 *Recipientes Ordinem ſacrum ficto titulo,* 114

9 *Recipientes Ordinem per ſaltum.* 115

10 *Recipientes Ordinem ſacrum poſt contractum*

tractum matrimonium. 115
11 *Recipientes Ordinem ſimoniace.* 116
12 *Recipientes Ordinem in excomm.* 116
13 *Recipientes oblationem vſurarij.* 117
14 *Sepulturam Eccleſiaſticam dantes vſurario.* 117
15 *Iurantes ſe retenturos ſchiſma.* 117
16 *Vtentes veſte partita, vel virgata.* 117
17 *Grauãtes Eccleſiam alienis debitis.* 118
18 *Concubinarios, vel fornicarios notorios.* 118
19 *Matrimonium celebrantes ſine licentia Parochi.* 118

Caput quartum continet 12. Suſpenſiones contra Religioſos.

1 M*Atrimonium celebrantes ſine licentia Parochi.* 120
2 *Apoſtatas recipientes Ordinẽ ſacrũ.* 120
3 *Mendicantes dantes profeſſionem ante completum annum probationis.* 120
4 *Concedentes alicui ad vitam, vel ad tempus Iura Relig.* 121
1 *Vſurpantes decimas.* 121
6 *Monacos nigros non vtentes debito habitu.* 122
7 *Eoſdem venantes, &c.* 122
8 *Prælatos non ſatisfacientes damno dato exceſſibus quibuſdam ſuorum.* 122
9 *Confeſſarios non facientes ſcrupulum*

de de-

de decimis non ſolutis. 123
10 *Abbates facientes dimiſſorias non ſuis ſubditis Regularibus.* 123
11 *Fratres Prædicatores perturbantes Fratres Minores Inquiſitores, vel contra.* 124
12 *Introducentes Mulieres intra Monaſteria.* 124

Laus Deo Optimo Maximo.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

tized by Google